



**Opus de mora : studiosae legum juventuti non minus utile,
quam necessarium, quo breviter & dilucide jurisconsultorium
hac de re sententia & mens explicatur ...**

<https://hdl.handle.net/1874/388410>

3
OPVS DE MORA,

STVDIOSÆ LEGVM IVENTVTI
NON MINVS VTILE, QVAM NECESSA-
rium: quo breuiter, & dilucidè Iurisconsulto-
rum hac de re sententia & mens explicatur. Huic
accedit de eo quod interest, & de vsuris Disputa-
tio: qua veterum, & recentiorum iuris interpre-
tum altercationes, & quæstiones Dialecticorum
more propositæ & discussæ continentur.

AVTHORE IOAN. DELAREBERTERIA
Turonensi Locheo, Iuris vtriusque professore, & in su-
premo Parisiensi Senatu causarum patrono.

Cum locupletissimo rerum ac verborum memorabilium Indice.



PARISIIS,

Ex officina Federici Morelli, in vico Bello-
uaco, ad vrbanam Morum.

M. D. LXVII.

OPUS DE MORB.

SYMP- TOMA ET SIGNA
 MORB- ORUM
 IN
 PARS
 I
 DE
 FEBRIBUS
 AC
 PNEUMONIA
 ET
 BRONCHITIDE
 ET
 ASTHMA
 ET
 PERIPNEUMONIA
 ET
 EMPYEMA
 ET
 PLEURISIA
 ET
 TUBERCULUM
 ET
 ANEURISMA
 ET
 HYDROTHORAX
 ET
 HYDROPERITONEUM
 ET
 HYDROCELE
 ET
 VARICOCELE
 ET
 EPIDIDYMIS
 ET
 ORCHITIS
 ET
 GONORRHOEA
 ET
 PROSTITIS
 ET
 VENEREA
 ET
 SYPHILIS
 ET
 GONORRHOEA
 ET
 PROSTITIS
 ET
 VENEREA
 ET
 SYPHILIS

Curiositas vestra de morborum munditia indicat.



PARISIIS
 Ex officina Federici Morelli, in vico Belle-
 vaco, ad vrbam Mortuam
 M. D. LXXVII.



AMPLISSIMO ET ILLVSTRIS-
simo Parisiensis Curiae Senatori, & Turonia Praefecto,
D. Petro Brulario, Ioannes Delareberteria Turonensis
Locheus S. P. D.



Vperiorib⁹ annis (Senator æquif-
sime) cùm non solùm Regias, sed
etiam Imperatorias Constitutio-
nes duodecim libris Codicis cõ-
prehensas, amplissima iuris stu-
diosorum corona stipatus inter-
pretandas suscepissem, easque sa-
tis fœliciter nõ solùm meo, sed & omnium qui ade-
rant iudicio, persequutus essem, hisq; tandem coro-
nidẽ imposuissem: complures non solùm Galli, sed
etiã Germani, legum studiosi, mecum summis pre-
cibus egerũt, vt easdẽ Regias & Imperatorias Con-
stitutiones per immensum Iuris pelagus sparsas, &
confusas, nostris laboribus quasi in Epitomen reda-
ctas, in lucẽ cum meis Cõmentariis emitterẽ: quo-
rum assiduis precibus victus, Deo duce, in gratiã stu-
diosẽ legũ iuuetutis, eas in vulgus, sub tuo illustri-
mo nomine, proferre constitui. Verumenimuerò in
animũ induxi meum antequã hæ in lucẽ emergant,
hoc opusculũ de Mora, his (qui sacratissimis legibus
initiati sunt) nõ minus vtile, q̃ necessarium, præmit-
tere: quo omnia ferẽ, quæ per mille librorũ volumi-

na sparsa, indigesta, & velut Chaos cōfusa reperiuntur, breuiter, & dilucidè explicantur. Duæ autē sunt causæ, quibus impulsus, sub tua cliētela, hoc opusculum in lucē edidi. Prima est, Nicolai Brularij filij tui singularis in me beneuolētia, & necessitudo iisdē studiis, eadēmq; literarū professione contracta: quæ cū optimis nitatur fundamentis, nunquā, mea quidē sententia, finē habitura est. Hic tuis vestigiis insistēs, ita ad literarum Græcarum & Latinarum studium propensiori animo incubuit, vt quicumque hunc Græcè loquentem audierit, eum Athenis sub auspiciis Mineruæ genitum, educatūque meritò dixerit: Romam verò ei patriam esse, dum Latinam linguā culto ore modulatur. Hic, inquā, Græca & Romana facundia nobilitatus, ita ciuilem philosophiam, eiusque labyrinthos sinuosissimos ingressus est, vt hūc omnes, vel Papinianum, vel alterum Scæuolam fore augurentur. Hic Iuliani & Pōponij Iuriconsultorū sentētiam crebris sermonibus vsurpare solet, ^a καὶ τὸν ἕτερον πόδα οὐ τῆ σοφῶ ἔχω, πρὸς μαθεῖν τι βελούμην. Secunda nostri instituti ratio est, tuus in patriam Turonensem amor, & pietas. Cū enim à Christianissimo Gallorum rege Carolo ix. inter tot supremæ Curia proceres, ac semideos, velut coryphæus aliquis electus fueris, ut prouinciā nostrā Turonensem ciuilibus & intestinis bellis, & tumultibus penè prostratā ac dirutam excitares: in ea regenda ita te gessisti, & quotidie geris, vt tua propè diuina, ac singulari virtute, & prouidētia, omnes fluctus procellasque reipub. nostræ Turonēsi imminētes sedaueris, eamq;

L. apud Iulianum. ff. de fideicom. libet. sat.

rempub. priuatis, & publicis inimiciis, & seditio-
 nib⁹ extinctā, ab interitu uindicaueris, & in pristinā
 formā, splēdorēmq; restitueris: vt verè cū Poëta di-
 xerim, *Ipse regis dictis animos, & pectora mulces.*
 Itaq; Atheniensium exēplo, qui rectoribus suis de
 repub. quā optimè meritis amplissima munera of-
 ferebant, vt eos ad virtutem & gloriā magnitudine
 pramiorum excitarent: ego Turonensis, tibi patriæ
 Turonensis parenti, hoc opusculum successiuis ho-
 ris cōpositum, quantulumcūque sit, propter meum
 singularem in patriā amorem omnibus natura insi-
 tum, & quasi ingenitum, offero. Patere igitur quāso
 (Iuris antistes) tui celeberrimi nominis titulū ope-
 ri meo, velut facem quādam prælucere, nec munus-
 culum, sed offerentis animum, voluntatēque tibi
 tuīque in omnibus addictā, contemplabere. Quòd
 si hoc opus, quod tibi dicamus & deuouemus, fere-
 no (vt omnia soles) vultu exceperis, & has nostras lu-
 cubrationes probaueris, magnos satis & vberes stu-
 diorum nostrorum fructus percepisse videbimur: &
 fortasse post has nostras publicas disputationes (in
 quibus aliquot horas cōterere iure cogimur) ad ma-
 iora & grauiora inflāmato studio, diuinis auspiciis
 adiuti, excitabimur. Interim Deum optimum maxi-
 mum obtestamur, vt omnia tibi ex animi sententia
 succedāt. Vale, & me quo soles iuris studiosos amo-
 re prosequere. Datum Lutetiæ, Calendis Ianuar.
 anno salutis 1567.

Ad eundem Ioannis Delareberteriae
Epigramma.

*Astræam petiisse ferunt cœlestia regna
Vates, quòd toto regnet in orbe scelus:
Hanc in te residere deam Turonica tellus,
Contra tot vatum dogmata falsa, tenet:
Inque tuis candens atavis proavisque refulsit
Iustitiæ lumen, posteritatis honos.
Ergo age, tot (Præses) gratos tibi deprecor annos,
Quot Iouis excelsi continet astra Polus.*

Ad Nicolaum Brularium filium, eiusdem
Epigramma.

*Artifices sectantur opus perfectius artis,
Exemplarque oculis clarius inspiciunt:
Sic tu virtutis summum spectare parentem
Exemplar lucens, ac decus omne, soles.
Ex quo iustitiæ poteris conscendere culmen,
Exemplo patris, quem Deus alta docet.*

N. B. ad Authorem.

*Qui breuitate docet numerosa volumina Iuris,
Ingenio multum iudicioque potest:
Sed quem commendant compendia certa laborum,
Is summum poterit promeruisse decus.
Tyrones igitur mecum laudate Rebertum,
Qui facili longam reddidit arte Moram.*

Lectori in gratiam Authoris, Carolus
Gilmerius Rhemenfis.

Legis amas nodos, anigmata soluere, Lector,
Scire cupis quicquid Iustinianus habet?
Hac lege, qua paucis tibi clausit legis amator,
Noctes, atque dies, hoc tibi munus habe.
Hoc breue opus voluant tecum iuuenésque senésque:
Hoc breue opus Praeses, tam breue Consul opus.
Hoc breue voluat opus, cui res est publica cura,
Praefectus voluat Regis & Imperio.
Nil hic confusum, nil quod non vtile cunctis,
Nil quod non facili manet ab ingenio.
Gaude igitur lector, frueri insignique libello,
Cingat & Authoris querna corona caput.

Ad Ioannem de la Rebertiere
Claud. Sellier.

In nuce Maonium qui parua clausit Achillem,
Mirandum miro pollice fecit opus.
Aequè mirandum est quod Reberterius edit
In lucem, & miro promit ab ingenio.
Quae bene non capiunt numerosa volumina legum,
Charta conclusit ciuica iura breui.
Notitiámque mora diutina, Lector, habebis
Absque mora, rupta si legis ista mora.

ELENCHVS CAPITVM.

| | | |
|----|---|---------|
| 1 | De significatione Mora. | pag. 1. |
| 2 | De definitione mora. | 3 |
| 3 | De diuisione mora. | 6 |
| 4 | De interpellatione. | 9 |
| 5 | De debitoribus generis, qualitatis, & speciei. | 14 |
| 6 | An debitor in mora constitutus teneatur de interitu speciei, quo eodem modo penes creditorem peritura erat. | 18 |
| 7 | De furibus, latronibus, & raptoribus. | 21 |
| 8 | An difficultas occurrens debitorem à mora excuset. | 21 |
| 9 | An debitor qui negat se aliquid debere, mendacij conuictus, rei difficultate à mora liberetur. | 25 |
| 10 | An mora debitoris principalis noceat fideiussori. | 26 |
| 11 | An mora tutoris noceat pupillo. | 29 |
| 12 | An mora filij noceat patri. | 30 |
| 13 | An vltima mora noceat. | 31 |
| 14 | De effectibus mora. | 33 |
| 15 | De fructibus rerum promissarum & debitarum. | 34 |
| 16 | De estimatione rei promissa. | 41 |
| 17 | De eo quod interest. | 44 |
| 18 | De vsuris, quarto effectus mora. | 52 |
| 19 | De pena postremo effectus mora. | 57 |
| 20 | Quomodo mora purganda est. | 58 |
| 21 | De rei oblatione. | 59 |

OPVS DE MORA, STVDIOSÆ LEGVM
 IVENTVTI NON MINVS VTILE,
 quàm necessarium: quo breuiter, & dilucidè Iu-
 risconsultorum hac de re sententia, & mens ex-
 plicatur. Huic accedit de eo quod interest, & de
 vsuris Disputatio: qua veterum, & recentiorum
 iuris interpretum altercationes, & quæstiones
 Dialecticorum more propositæ, & discussæ con-
 tinentur.

A VTHORE IOANNE DELA-

Reberteria Turonensi Iuris vtriusque profes-
 sore, & in supremo Parisiensi senatu
 causarum patrono.

De significatione Mora. CAP. I.



MORA est *ἰσχύριον*, nomē enim solum
 commune est, definitio autem natu-
 ræ, atque significatio nomini con-
 gruens, diuersa. ^a Mora enim non-
 nunquam pro cunctatione, & pro-
 crastinatione accipitur, ^b quæ præ-
 fecto militiæ quandoq; laudi ducitur: vt Fabio Ma-
 ximo, qui cunctando Romanis rē restituit. ^c Deinde
 moram pro habitatione sumi Romani Impera-
 toris constitutio declarat. ^d nonnunquam temporis
 interuallum ^e præscriptionemq; ^f significat. Postre-
 mò, mora est dilatio legibus improbata. ^g

Huius postremæ morę disputationem, tanquam
 sibi propriam, Iuriscōsulti optimo iure uēdicarunt.

^a Aristoteles
 initio Catego-
 riar.

^b

^c Bart. in l. mo-
 ra. ff. de vsuris.
 l. cum postulas-
 sem ff. de dam-
 no infecto.

^d Ennius poeta:
 Cicero in Ca-
 tone maiore.

^e In l. ij. de in-
 col. lib. x. C.

^f In aush. sed
 & in C. de tē-
 por. appellat.

^g In l. in l. cen-
 tra maiores. C.
 de inoff. testa.

^h Dicitur l. mo-
 ra. Inson in l.
 quod re. ff. si
 cert. petat.

In ea tamen (quod valde miror) meræ λογμαχίαι sunt: quæ à plerisque iuris interpretibus, non solum veteribus, sed etiam neotericis, in quæstionem adducuntur. Hi enim se suis acuminibus cōpungunt, & multa disputādo reperiūt, ex quibus se expedire, & eximere vix, aut ne vix quidem, possunt. Equidem eos græculorum sophistarū vestigia consectari arbitror: quos contentionis cupidiores, quàm veritatis, garrire, & incredibiliter repuerascere solitos esse, ^b testis est locupletissimus Tullius. Harum cauillationū, errorum, & contentionum causam, & originem fuisse, rerum forensium, vsūsque ignorationem, non solum Marcus Tullius, sed & Budæus noster animaduertit. ⁱ Is enim, etsi dicendi gloria cæteris præstaret, plures tamen Imperatorum constitutiones, vt Diocletiani, Maximiani, ^l & Iustiniani ^l ex diametro pugnare, nullaque ratione conciliari posse existimauit. Verum cum iurisprudentiam forensibus cancellis circumscripserat, in supremo Parisiensi senatu ad vsū, præximque reuocasset, ingenuè confessus est, tantum abesse ut hæc inter se discreparēt, vt etiam sibi ipsis quàm maximam lucem, splendorēmq; adferrent. ^m Etenim agnouit Diocletiani, & Maximiani constitutionem ⁿ intelligendam esse, quando filius cum patre contrahens immodicè læsus est: tunc enim restitutioni locum esse iudicauit. Iustiniani verò imperatoris constitutionem ^o de minima læsione intelligendam esse statim animaduertit: quo casu filius aduersus patrem in integrum restitui non debet. Hæc, etsi è re proposita esse nō uideantur, ta-

^b Marcus Cicero primo & secūdo de oratore.

ⁱ Budæus in Annotat. in Pædect. fol. 24

^l Vt in l. ff. de perstite. C. de dolo malo.

^l In l. vltima. C. qui & aduersus quos.

^m Præcis animæ legum.

ⁿ In dicta l. si superstite C. de dol. mal.

^o In d. l. vltima C. qui & aduersus quos.

men ideo à nobis in medium adducuntur, vt vnusquisque intelligat, uerum germanumq; vtriusque iuris intellectum, ab ipsa praxi (quæ anima legis dicitur) deduci oportere: ^p qua sublata, nullam ueritatis, germanæq; iustitiæ solidã, & expressam imaginem habebimus, umbra, & imaginibus utemur. ^q Itaque in hac moræ disputatione, vtrumque studiũ coniungẽdum esse operæ precium duximus. Quod in omnibus nostris prælectionibus (quas in celeberrimis huiusce regni academiis habuimus) ad vnguẽ usque obseruauimus, maximè, cũ in hac florentissima totius orbis academia, (quæ amplissimum omnium scientiarum emporium dicitur) ciuilem philosophiam amplissima Iuriscõsultorum corona stipati, profiteremur. Sed hæc hæcenus. Hoc vnũ superest: quòd in hac moræ disputatione studiosis legũ pollicemur, nos Deo duce (à quo omnium rerum capiẽda sunt primordia) ea dicendi facilitate, eaque methodo hanc iuris materiam non solum nostro, sed & omnium Iuriscõsultorum iudicio, difficillimam interpretaturos: vt nouus etiam Iustinianus: qui ne quidẽ primis (vt aiunt) labris iurisprudentiã degustauit, facillè Iuriscõsulti de mora disputantis animum, voluntatẽque percepturus sit: si eius animus inclinatione voluntatis, in ea, quæ dicemus, propendeat.

^p Molinens testis est in exercitatio. labyrin. de eo quod interest.

^q Cicero 3. officiorum.

^r Theoria cõ praxi coniungenda est.

^s Cicero in Vatinius, & secundo de legibus Plato.

^t Utitur hac loquendi formula iuriscõsultus in proæmio Pãdectar.

De definitione moræ. CAP. II.

Qui in disputatione veritatem inquirunt, si facilitati studere velint, Stoicorum more,

a Cicero primo officiorum.

b L. omnis de finitio ff. de regul. iuris.

c Iurisconsultus in l. ij. ff. de iuri & facti ignorantia.

d Dicitur in l. ij. de clores in l. mora ff. de usur.

e Aristot. lib. secundi Topic. ca. I. & 4.

f Error iuris interpretis apparet in l. mora in verb. diffinitio ff. de usur.

g Argum. l. ij. ff. de iur. & fact. ignor.

h L. Consilio. §. ult. ff. de curat. furios.

i L. Labeo. ff. de verb. & reru signif.

k L. quatenus ff. de regul. iur.

l Accursius in l. unica. C. de sentit. que pro eo quod inter. proferuntur. Alciac in trac. suo de eo quod interest.

rem à definitione auspicantur, vt id de quo agitur in limine disputationis appareat: cuius rei author est Marcus Tullius in officiis. ^a Huius vestigiis insistentes, moræ definitionem subiiciemus, statim atque quorundam iuris interpretum de definitione moræ sententiam cōfutauerimus. Quoniam omnis definitio, in iure ciuili periculosa est: ^b præsertim earū rerū, quæ in facto, non in iure consistunt, vt est mora (facta enim plerumque incerta & dubia sunt: quorum interpretatio sæpissimè etiam prudentissimos fallit) ^c ut author est Neratius. Hac ratione ducti iuris interpretes, morā definiri nō posse iudicauerunt. ^d Huc accedit quod suprā diximus, morā homonymum esse: At ex Aristotele Peripateticorum principe, nullū homonymū definiri potest. ^e Igitur moræ nulla potest esse definitio. Sed, mea quidem sententia, hi longè falluntur opinione: ^f nam eorū argumenta quæ retulimus non obstant, quo minus aliqua moræ definitio tradi possit. Et vt ad primum argumentum respondeam, quo docent, eorum quæ in facto cōsistunt, nullam dari posse definitionem: ^g equidem eos toto cælo, totaque via errare, ex his quæ sequuntur apparet: nam cōtractus in facto, non in iure versantur ^h veruntamē vltro, citroq; obligationes definiuntur. ⁱ Prætereà, id quod interest, in facto non in iure consistit. ^k Ab Accursianis tamen rectè definitur, damnum emergens, & lucrum cessans, ex eo quod aliquid fieri cessatur. ^l Deniq; si totum ius ciuile mēte & cogitatione percurramus, reperiemus profectò omniū ferè eorum, quæ in facto

consistunt, definitiones dari posse. Ex quo sequitur, hoc primū argumētū nullius esse momenti & ponderis. Quod autē ad secundum attinet, homonymū scilicet definiri ex Aristotele nō posse, Peripatetici duplex homonymum cōstituunt: Cōfusum, quod nulla ratione definitur: Aliud distinctū, quod definitionem recipit. Quod exemplo è iure petito illustrari, ac cōprobari potest. Ius est homonymū. sub hac enim voce diuersa omnino significat, nam pro loco, in quo ius redditur, accipi solet: deinde pro iustitia, uel pro lege civili: vocatūq; homonymū confusum, nec definiri potest: at cū distinctū est, vt pote cū pro lege civili tantū accipitur, definitionē suscipit. Ius enim definitur, ars æqui, & boni: sic mora, vt ad eas omnes significationes, quas primo capite huius operis enumerauimus extenditur, definiri non potest: vt verò pro dilatione iure interdita sumitur, tū rectè definitur, vt hīc. Itaque ex antecedentibus cōstat: hæc quæ ab interpretibus in medium adducta sunt, nō obstare quominus mora definiatur. Est igitur Mora, cessatio, seu dilatio, in aliud tempus, eius quod alter alteri debet, iure interdicta. ⁷ dilatio genus est, quod ex definitione superest, differētiarum locum obtinet. Id quod exemplo illustrari potest. Titius Seio centum ducatos Calendis Maij promisit. lex iubet, vt statuto, & definito tempore solutio fiat. ⁸ Quod si Titius calendis Maij non steterit pollicitis, in vitium moræ incurret, ⁹ vt ex definitione proposita constat.

B iij

^m Interpretes
in iis Categori-
arum Arist.
& lib. 6. To. c.
1. & 4.

ⁿ Iuris cōfusus
in l. ius pluri-
bus. ff. de iustit.
& iure.

^o In l. i. ff. de
iustit. & iur.

^p L. Sciendum
ff. de iur.

^q Paulus in l.
si modo et l. si
& si. & l. si
quis, et l. sciētia
ff. de iur. d. l.
mora, et l. si ex
legati causa. ff.
de verb. oblig.
l. si fundus. ff.
eodem.

^r L. si ita stipu-
latus cū dua-
bus ll. sequent.
ff. de verb. obl.
l. in iuramentum
& prator ait ff.
de pact.

^s L. Vinū &
l. quod te. ff. si
cert. perat. l. ma-
gnam. C. de cō-
trah. & com-
mitt. stipulat.

De diuisione moræ. CAP. III.

^a Aemilius Per
reus in l. si ex
legati causa ff.
de verb. oblig.
& ibi Iason,
& in l. mora
ff. de usur. ubi
Doctores.

b

In l. i. vers.
& crebrior. ff.
de officio qua-
sto. l. mimmè. ff.
de legib. l. cum
quidā. §. quod
dicitur ff. de ac-
quir. hered. Pa-
nor. in c. i. ex.
de constitut.
Bart. in l. ult.
C. de poena. i. u-
dic. qui.

c

Doctores in
l. mora. ff. de v.
suis Bald. ibi.
& Aemil. in
d. l. si ex legati

d

L. in minorū
C. in quibus
caus. in integr.
restit. non est
necessa. l. cum
verò. §. i. ff. de
fideicommiss.
liber.

e

d. l. in mino-
rum.

f

D. l. cum ve-
rò. §. l. l. Titia
scio §. i. ff. de
leg. 2. l. i. C. de
usur. & fruct.
leg. l. si constat
C. de compens.

g

In l. in minorū
C. in quib. cau.
in integ. restit.
non est necess.

Nonnulli moram in quatuor formas seu species
diuidunt: in extraordinariam, ordinariam, ir-
regularem, & moram in rem. Hæc diuisio quàm in-
epta sit ex hoc apparet, quòd communi omnium in-
terpretum calculo, iudiciòq; mora in re, irregularis,
& extraordinaria, in iure synonyma sint, id est pror-
sus eandem rem significant. ^a Eorum itaque explo-
sa sententia, cõmunis Doctorum in diuidenda mo-
ra opinio (à qua temerè non esse recedendum ^b vsus
forensis nos docuit) subiicienda est. Hi rectè, mea
quidem sententia, moram omnem in duas species
distribuant, in rem, & in personam. ^c Primū (vt or-
dine analytico progrediamur) de mora in rem dif-
ferendum est: quæ (vt suprà diximus) irregularis, &
extraordinaria vocatur. Hæc sine vlla hominis inter-
pellatione, & sine diei interpositione committi so-
let, ^d locumq; obtinet, in minoribus, ^e pauperibus
dotibus, libertatibus, legatis, fideicommissis, & aliis
piis causis. ^f Et quia exemplis res dilucidiores red-
duntur, hypotheseim, & speciem facti. l. in minorum
in medium adducemus. Minor domum suam Titio
mille aureis uendidit, in eumq; statim possessionem
domus transtulit. Titius mille aureos minori nõ sol-
uit: quæritur utrum sit in mora, quia nulla videtur
interpellatio facta à minore, nec vlla diei interposi-
tio. Imperatores Diocletian⁹ & Maximian⁹ s inter-
rogati respõdent, Titium statim atq; in eum tràssa-
ta fuit possessio domus, in morã incurrisse: ideòque
non tantum teneri mille aureos minori soluere, sed

etiam vsuras. Aliud exēplū familiare tradi potest. ^h Testator dixit hæredi suo, Mi hæres, ancillā hanc manumitte. hæres non statim post mortē testatoris manumisit: sed expectauit quo vsq; ancilla pareret, hæc filium peperit, postea manumissa est. Vlpianus interrogatus utrū partus liber esset, respondit, liberū esse, quia statim post mortem testatoris hæres non manumittēdo, in morā in rem inciderat. Alia exempla à Paulo & Vlpiano in hanc materiam adducuntur: quę sine præceptoris opera, à iuris studiosis per legi, & intelligi poterunt, si priora exempla à nobis propōsita contēplentur. Hæc autē mora in rem non solum locum habet in dote, minore, & aliis piis causis, ^k cū de bonæ fidei contractibus agitur, sed nonnunquam in stricti iuris iudiciis, vt cū de legatis, fideicōmissis & aliis piis causis differitur, ^l quæ strictum ius cōtinent. Ratio est, quia vltima voluntas vt sancta & illibata seruanda est. ^m vnde lex in iure appellatur. ⁿ Præterea, ex lite instituta, mora in rem nascitur re ipsa sine vlla interpellatione, sicut in minoribus & libertatibus, veluti si creditor pecuniā sibi oblatā à debitore accipere nolit, creditor dicitur in mora constitutus. Rationē Bartolus reddit, quia maluit litigare, quàm accipere: ideo moræ in re vitium contraxit. ^o Vt quemadmodū hæc ex lite instituta constituitur absque ulla interpellatione: ita etiā re ipsa tollitur extincta lite. Quod etiā in minore notandum est, nā tandiu mora est irregularis, & ex ea petuntur vsuræ sine vlla hominis, uel diei interpellatione, quandiu viget minor ætas. At postquam ad

^h Vlpianus in
L. cum vero. § 1
ff. de fideicōmiss.
libertat.

ⁱ In l. 3 § 1. ff. de
adimend. legat.
& l. Titia scio
§. 1 ff. de leg. 2

^k L. in minorē
C. in quib. cau.
in integ. res.
vbi Doctores.

^l Accursius in
d. l. in minorē.

^m L. 1. C. de sa
crof. eccles.

ⁿ §. disponat
in auth. de nu
ptis. col. 4

^o Glos. in l. mo-
ra in fin. ff. de
vsur. l. nemo
re suam. § 1 ff.
de verb. oblig.
Bart. & Ias.
in l. qui Roma
§. seia. ff. de
verb. oblig.

virilē aetate peruenit, tunc nō ampliùs mora in rem dicitur, sed mora in personam, ideo interpellatione opus est, vt vsuræ in posterū debeatur. ¹ Insuper mora in re in duas species diuiditur, in eam quæ fauore contrahitur: ² & hæc locum obtinet in minoribus, dotibus, pauperibus, libertatibus, & aliis piis causis, vt suprâ diximus: & eam, quæ ex odio nascitur: & hæc locum habet in furibus, prædonibus, latronibus, & malæ fidei possessoribus: ³ hi enim sunt in perpetua mora, quam iuris interpretes cōmunem vocant. ⁴ Hæc de mora in rem hæctenus: nunc ad potestremam partem nostræ diuisionis veniamus.

Mora in personā (quæ regularis & ordinaria dici potest, ⁵ per interpellationē cōmodo loco & tēpore factam cōmitti solet, & per diei interpositionē. ⁶ hæc duplex est: quædā temporis, & quædā hominis. mora tēporis dicitur, quādo tēpus definitū est, quo fieri debet solutio: nā dies ille interpellat pro homine, vnde terminus, atque meta morę dicitur. ⁷ Iustianus Imperator id exemplo illustrat. Titius promisit mihi Stichū calēdis Augusti, quòd si Stichum promissum non daret, centum nomine pœnæ stipulatus est. Calendis Augusti Stichus non datur. Iustianus docet Titium in pœnā in stipulatione cōtētam incurrisse, nec fuisse petitionē hominis necessariam, quia dies ibi pro homine interpellat, quæ magis debitorē in mora cōstituit, quā interpellatio ab homine facta. ⁸ Ex quo apparet eos lapsos esse, qui morā sine petitione iudiciali cōtrahi non posse iudicauerunt: quorum sententiā pluribus argumētis cōfutabimus.

Mora

¹ In l. Titia
seio. §. vsuras
ff. de leg. 2. doct
in d. l. in mino-
rum. Paulus
Cast. Alexan-
der et Inson in
l. qui Romæ. §.
seia. ff. de verb.
oblig.

² d. l. in mino-
rum.

³ L. i. §. rectis
simè. ff. de vi et
vi armat. l. in
re furtina. &
l. vi. ff. de con-
dict. furt.

⁴ Doct. in d. l.
mora & d. l. in
minorum.

⁵ Doct. in d. l.
si ex legati. &
l. mora.

⁶ In l. magnā
C. de contrah.
& committen.
stipulat. l. quod
se et l. vinū. ff.
de reb. cred. si
cert. pet.

⁷ d. l. magnā.

⁸ Interpretes
in l. si seruū. §.
sequitur. ff. de
verbo. obligat.

Mora verò hominis contrahitur, quando creditor commodo loco, & tēpore, quod promissum est petit, & debitor soluere non vult: vt si quis tibi Stichū promiserit purè, & simpliciter, eūque interpelleris, vt soluat, is soluere recusat, si post hanc interpellationem, qua mora contracta est, Stichus casu fortuito pereat, tenebitur promissor æstimationem Stichi soluere: quòd si ante moram contractam è viuus decedat, liberabitur debitor. Ex his itaque colligendum est, moram esse in rem, vel in personā: moram in rem cōtrahi vel odio, vel fauore: moram verò personalem diuidi in moram hominis, & moram temporis.

De Interpellatione. CAP. IIII.

Nonnulli iuris interpretes, antequam mora in personam inducatur, interpellationem iudicialem requirunt, docentque extraiudicalem petitionem nō sufficere ad debitorem in mora constituendum. hi opinionem suam sequentibus argumentis confirmant. Primo,

Verba ppriè accipi debēt. At interpellatio propriè dicitur, quæ fit in iudicio. Igitur Iuriscōsultus cūm hīc de interpellatione loquitur, de ea tantū agit, quæ in iudicio fieri solet. Secundo,

Responsum consentaneum esse debet interrogationi. Ergo cūm in interrogatione quæritur, an habenda sit ratio temporis, quo vinum mutuo datum est, an temporis litis contestatæ, seu iudicialis petitionis: Iuriscōsultus respondet, tempus attēdi debere, quo petitio in iudicio facta est. Igitur iudicia-

^a L. quod te, ff. de vinum, ff. de reb. cred. si cert. pet.

^a Recentiores iuris interpretes in l. vinum, ff. de reb. cred. si cert. petat.

^b L. nō aliter, ff. de leg. 3. l. vlt. C. de hi qui veniam asat.

^c L. Amplius nō peti, ff. rem rat. habet.

^d L. i. C. diuers. rescript. l. si defensor ff. de interrog. actio §. praterea. Inst. de inutil. stipulat.

^e Iulianus in l. vinum, ff. si cert. petat.

lis petitio requiritur. Hæc duo argumenta sic resoluimus: primum quidem, quo dicitur, verba propriè esse intelligenda, & (vt aiunt) in famosiori significato: hoc verum esse dicimus, si modò mens, vel voluntas legis, vel testatoris patiatur, & hæc distinctio ab eodem iuriconsulto petita est. ^f Quod sequenti exemplo apparet. Soror appellatur frater ^g à iuriconsulto, & tamen id repugnat proprietati verborum, sed impropriè & κατὰ χρισικῶς loqui maluit iuriconsultus, quàm à testatoris voluntate recedere. ^h At in hac moræ quæstione si mentem legis sequamur, inficiari non possumus, hîc interpellationem etiam impropriè accipi, pro petitione quæ fit extra iudicium: nam interpellatio diei est extraiudicialis, & tamen moram inducit. Postremum argumentum, si diligentius expendatur, non videtur opinioni nostræ aduersari. Quia præsupponit iuriconsultus, i litem inchoatam ceptumq; iudicium: vnde non mirum est si dixerit, tempus litis contestatæ esse considerandum, non quòd existimauerit interpellatione extraiudiciale, ad debitorem in mora constituendum non sufficere: uel cum Accursio dicemus in d. l. vinum. in vers. cum petitum esset, nõ solùm de iudiciali, sed etiam de extraiudiciali interpellatione iuriconsultum agere. Quod iuriscõsultorum autoritate comprobatur. ^l fieri autem potest, vt interrogatio imperfecta sit, & responsum perfectum, vt Imperatorum autoritate constat. Eorum itaque iuris interpretum penitens euulla sententia, communis opinio (quam fixo pede tuemur)

^f
d. l. nõ aliter.
l. si tam angust.
ubi Ang. ff. de seruit. l. si ubi.
ubi Bart. Et doct. ff. si cert. petat.

^g
In l. Lucius. §. quæstum. ff. de leg. 3. l. tres fratres. ff. de pact.

^h
In l. magnâ. C. de contrah. et cõmittend. stipulat.

ⁱ
d. l. magnâ.

^l
In l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. l. mora. Et l. sciendum. ff. de iur.

^l
L. vt responsum. C. de iur. act. l. precibus. C. de impub. et aliis subsc.

in medium deducenda est. ^m Quæ docet interpellatione, non solum in iudicio facta, sed etiam extra iudicium, moram constitui. Quæ opinio tribus rationibus confirmari potest, priore quidem ratione.

Dies in obligationibus appositus, pro creditore interpellat, debitoremque in mora constituit. ⁿ At hæc interpellatio diei est extraiudicialis. Igitur interpellatio quædam extra iudicium facta eam vim obtinet, ut ex ea, mora contrahatur: & per consequens, lapsi sunt hi, qui ex sola iudiciali interpellatione moram contrahi existimarunt. ^p Deinde petitio verbum si ad eum, qui ex petitione acquirit, referatur, ex proprietate verbi ^q extraiudicialis dici potest, ut Bartol. testatur. Postrema est, Non plus operatur fictio in casu ficto, quam veritas in casu vero. l. singularia. ff. si cert. pet. l. filio. ff. de liber. & posth. At interpellatio diei quæ ficta est, moram inducit. Igitur interpellatio extraiudicialis ab homine facta (quæ vera est) moram inducere potest. Quod autem diximus, interpellationem extra iudicium factam, debitorem in mora constituere, id intellectum volumus, in his quæ iure obligationis, vel actionis, non in his quæ officio iudicis debentur: in quibus requiritur non solum iudicialis interpellatio, sed & litis contestatio. ^r Nec solum litis contestationem, sed etiam iudicis sententiam desiderari contendit Bartolus: Aretinus vero, ^s in his quæ iudicis officio petuntur interpellationem iudicalem sufficere contra Bartolum defendit. Verum mihi magis arridet Bartoli opinio, legum enim authoritate nititur. ^t Hæres, inquit, cogitur hæ-

^m Doctor. in l. vin. ff. de reb. cred. sicut pet.

ⁿ in l. magna. C. de contrah. Et comit. stip.

^o Iason in d. l. vinum.

^p Neoterici in l. si ex legati causa ff. de verb. oblig.

^q Bart. in l. amplius. ff. Rem ratam haber. l. si decem cum petiero. ff. de verb. oblig.

^r Glos in l. qui Romæ. §. cohe redes. in verb. testato. Et ibi Bartol. Et docto. ff. de verbo. oblig. l. fido. inssor §. ult. in verb. rem ff. de fideius. glo. in l. amplius.

^s Doct. in l. cum postulasset. ff. de dñ. infect.

^t Paulus Castrens. in d. l. cum postulasset. Et l. si ex legati. ff. de verb. oblig.

^u in d. l. cum postulasset.

^v l. no. inst. C. ad Trebell.

reditatem adire officio iudicis, hæreditatē restituere iure cōpelli non potest. Sed anteq̄ hæres in morā incurrat requiritur iudicis sententia, qua hæreditatē adire dānetur. Vera igitur Bartoli sentētia, qui ita Affricani respōsum docet esse intelligendū. Cuius hæc est species, Titius domū habebat iuxta meā: hæc minabatur ruinā: petij ab eo extra iudicium, vt mihi dāni infecti promitteret: hic noluit, & priusquā ad Prætorem vêtum esset, domus Titij corruit, meāmq̄ solo adæquauit: quæstio est, An Titius damnū resarcire teneatur? Affricanus respondet, non teneri: imputandum est enim mihi qui tardius experiri cœperim. Quòd si iudex statuit, ut Titius mihi dāni infecti promitteret, † & Titio non repromittēte, me ire in possessionem domus suæ iussit, priusquam eò venissem Titij ædes corruerunt, perinde omnia seruanda esse docet Affricanus, atq; si postea quā in possessionem uenissem damnū datum esset. At quidam^a sic in Bartolum inuehuntur: Ex antecedēte hypothefi^b (inquiunt) constat, post litis contestationem, eum in mora constitutum fuisse, cuius ædibus ruina imminebat. Hi, mea quidē sententia, Bartoli mentem non capiunt: nam non negat, post litis cōtestationē moram contrahi, sed docet, opus esse iudicis sentētia, quæ moram fuisse commissam declararet. Quæ est verissima responsi Affricani interpretatio.^c Verumenimvero extraiudicialis interpellatio, in materia collationū moram inducit, etiam si collatio fiat nobili iudicis officio: nam is extra iudicium interpellatus, ut conferat, si conferre nolit, in

3
 l. ille à quo.
 § si de testamē
 to. ff. ad Trebel.

2
 In l. cum po-
 stulassem. ff. de
 dāno infect.

†
 Communis
 huius responsi
 Affricani in-
 terpretatio.

^a
 Aretinus in d
 l. cum postu-
 lassem.

^b
 Id est, ex re-
 sponso. l. cum
 postulassem.

^c
 Veteres iuris
 interpretes us-
 dul cum postu-
 lassem, & l. si
 ex legati causa
 ff. de verb. obli.

mora cōstituitur. ^d Deinde, cū quis iudicis officio mercenario, quid pręstare tenetur, sola extraiudicialis interpellatio, hunc in mora cōstituit. ^e Quod autem suprā dictum est, interpellationem extraiudicialem, in mora constituere, locū non habet, quando debitor tempore interpellationis, quod promiserat pręstare non potuit: ^f impossibiliū enim nulla est obligatio. ^g Item mora extraiudicialis, nihil operatur quando quis à uocatione in ius rem auspicatur. ^h Deinde si alia mora interpellationem extraiudicialem pręcedat, ueluti si creditor sit in mora accipiendi, postea debitorem interpellat extra iudicium, hæc interpellatio non sufficit ad debitorem in mora cōstituendum: imò Salycetus ⁱ contendit, periculū & interitum rei in caput creditoris redū dare, nō debitoris, etiā si debitor ante periculū à creditore extra iudiciū interpellatus fuerit: sic enim, inquit lex, ^{lx} Si debitor obtulit speciem promissam actori, & actor noluit accipere, reo succurritur: ut factum actoris, hoc est, non acceptio, illi noceat usque ad tempus iudicij accepti, id est, litis contestatę. Prętereā quando vassallus, uel inferior superiorē in mora constituere cupit, tres interpellationes requiruntur, ^l nisi superior apertē id quod peteretur denegaret: tūc enim unica interpellatione extraiudiciali opus est ad inducendam moram. ^m Cæterum in huiusmodi interpellationibus cauendum est, ne nimis citò debitorem interellemus: nam & loci, temporis, rei, & causę ratio habenda est. ⁿ Etenim qui non

^d Romanus l. 3 in 9. colū ff. de arbit. Cyn. in l. 1. in 3. colum. C. de alien. m. u. l. and. iud. caus. fact. Bald. in l. iij. ff. de iurisd. omnium iud.

^e Glos. Angel. Salycet. & Alexand. in d. l. rō num.

^f Impossibilitō de reg. in vi.

^g L. amplius, & l. nō petitiū. ff. rem rat. hab.

^h In l. si pacto quo penam. C. de pact. l. sed et si alia. ff. de con. sti. pecun.

ⁱ d. l. sed & si.

^{lx} C. l. de supplend. neglig. Pralat. Anton. de Burr. in c. cū caus. ext. de offic. deleg. Glos. in ciem. dudū, in verb. recusauit de sepult.

^l Ioan. And. & Hostiens. in c. 1. de suppl. ne glig. Pralat.

^m d. l. magnā. C. de contrah. & cōmitt. stip. l. cū filiusfamilias, & ult. ff. de verb. oblig.

ⁿ §. si quis intentione. & §. plus. Inst. de actio.

o
 § si quis in-
 tentione. & §
 pius. Inst. de
 actio.

p
 Ioan. Fab. in
 § si quis inten-
 tione. Inst. de
 act. et tot. tit.
 C de plus peti.
 Imbert. lib. 1.
 Instit. forens.

q
 E cadere die
 ubi doct. ff de
 verb. oblig.

r
 L. questum
 ubi Bartol &
 Ang. ff de pig.

s
 L. nemo carce-
 re. de ex act.
 trib. lib. x. Cod

t
 Bart. in l ait
 prator. § si de
 bitore. ff de iis
 que in fraud.
 Angel. & Ful-
 go. in l. ij. ff de
 feris. Paul. Ca
 strenf. in l. di-
 uis. ff eodem.

v
 L. dies festos
 C. de feriis.

idoneo tempore uel loco petit, plus petere intelli-
 gitur. Idem est, si plus re, uel causa petat, ° verum mo-
 ribus Gallorum receptum est, si Titius mihi centum
 aureos debeat, eumque interpello, ut mihi ducen-
 tos soluat, nisi centum aureos offerat mihi, moram
 contrahit. Ideoque in omnes impensas, & sumptus
 litis condemnandus est. Licet iure communi contra-
 rium cautum sit, vt Ioanni Fabro placuit. ° Quod
 pluribus supremæ Parisiensis curiæ senatusconsultis
 comprobatum est. Quod autem diximus, loci & tem-
 poris circumstantias diligenter esse obseruandas, lo-
 cum non habet in debitore fugituo: nam & si pen-
 dente conditione, uel die, creditor debitori dicam
 scribere non possit, nec eum in ius trahere, ° si tamẽ
 præsumptio sit, eum statim in fugam conuersurum,
 capi & detineri poterit. ° Deinde pendente appella-
 tione, & si integer causæ status remaneat, tamen si
 debitor paret fugam, huc à creditoribus capi posse
 Angelus testis est. ° Postremò, diebus festis debitores
 fugitui capi, & detineri possunt, ° contra cõmunes
 iuris regulas, quæ volunt feriarum tempore vocem
 preconis horridam silere, & apparitorum executio-
 nes quiescere. °

De debitoribus generis, qualitatis, & speciei.

CAPVT V.

Peripatetici, & Iurisconsulti in definiendis, di-
 stinguendisque generibus & formis, inter se
 dissident: nã Peripatetici genus definiunt, quod
 dicitur de pluribus differentibus specie, in quæstio-

ne quid est: ^a Speciem verò uocant, quæ dicitur de pluribus differētibus numero, in quæstione quid est: & hæc duo inuicem distinguntur, ut scitè Porphyrius docuit. ^b At Iurisconsulti hæc confundunt: sapissimè enim genera pro speciebus, & species pro generibus usurpant. ^c Etenim homo, bos, equus apud dialecticos species, apud iurisperitos genera dicuntur: & indiuidua, ut Stichus, Pamphilus, Bucephalus, species uocantur, ut Apellus indicat. ^d His præmissis, nobis in hoc genere disputationis regula constituenda est, Debitorum generis, uel quãtitatis, perempto genere, uel quantitate, etiam ante moram contractam non liberari. Secus est, si species promissa sit: quia debitum in genere, uel in quantitate, nunquam perit. ^e Secus in specie. ^e Exempli gratia, Si promiseris mihi seruum, uel decem aureos, intra festum diuini Ioannis, etiam si omnia tua bona incendio conflagrarint ante moram contractam, non tamen liberaris. ^f Quòd si debitor esses quantitatibus, ratione certæ speciei: eo casu extincta specie, extincta quoque censeretur quantitas. ideoque liberatus esses. ^g Sed his quæ diximus Iurisconsulti responsum aduersatur. Cuius hæc est species, Maritus in testamento, seruorum, quos in dotem acceperat, æstimationem Titio legauit, & sic hæredes mariti sūt debitorum quãtitatis respectu certæ speciei: seruis peremptis (qui sunt species) quærebatur, an hæredes liberati essent: Iurisconsultus respondet, hæredes liberatos non esse: ideo teneri, Titio æstimationem seruorum

^a Porphyrius
in libello de
quinque uocibus,
cap. de genere, & cap.
de specie.

^b Porphyrius
in d. libro.

^c Ias. in l. possideri. §. genera. num. 9. ff. de acquir. poss. §. 1.

^d L. 2. in princ. §. 1. ff. si cert. pet. l. ostium, ubi Alciat. ff. de verb. sign. non uidetur ff. de iudic. l. species. & l. qui uxori. ff. de au. & arg. legat.

^e L. incendiū. ff. de reb. cred. si cert. pet. l. in ratione. §. diligenter. ff. ad legem Falc.

^f L. inter stipulantem §. 1. agram. ff. de verb. oblig. d. l. incendiū.

^g Bartol. in l. quod te. ff. si cert. petat. l. in naue ff. locat. l. Titia sextores. ff. de leg. 1.

L. vir uxori. ff. de dot. prelegat.

Bart. in d.l. incendium. Et l. vir uxori. ff. de dot. prelegata. Iason in l. vinum. Et l. quod te. ff. si cert. pet. Doct. in l. si ex legati causa. ff. de verbor. oblig.

In d.l. vinum. Et d.l. quod te.

§. Disponat in auth. de nuptiis l. i. C. de sacrosan. eccl.

In l. periculi. ff. de nautico foror.

L. contractus ff. de reg. iur.

L. pignus. C. de pign. actio. l. Titius. ff. de prescrip. verb.

In d.l. Titius.

Glo. in l. quod te. ff. si cert. petat. Et d.l. pignus.

Raphaël Cumenensis. in l. si ex legati. ff. de verb. oblig.

L. qui decem. ff. de solut. Ias. in d.l. quod te.

præstare. Bartolus^b hanc iuris Antinomiam ita dissoluit: Regula (inquit) antecedens locum habet, quando certa quantitas debetur respectu certæ speciei: secus est, si quantitas incerta sit. Nos verò cum Iasone^l existimamus, responsum Iurifconsulti inniti autoritate vltimarum voluntatum: quæ uelut sanctæ, & illibatæ seruandæ sunt.^m Secunda exceptio est, Debitor quantitatis liberatur quantitate perēpta: quando creditor in se periculum suscipit, vel si conuentum sit, debitorē perempta quantitate liberatū iri.ⁿ Cōuentio enim dat legem contractui.^o Prætereà, si pecunia alicui tradita fuerit ea lege, vt ex eius emolumentis pro creditore tributū solueretur: si quãtitas pereat, periculū in caput creditoris nō debitoris, redūdat.^p Quemadmodum enim principale emolumentū huius pecuniæ, ad creditorē pertinet: q̄ ita periculum, cū in eius fauorem præcipuè contractus initus sit.^r Deinde perempta quantitate, etiã casu fortuito, diximus debitorem non liberari. Hæc regula locū habet in stricti iuris actionibus, non in iudiciis bonæ fidei.^s Prætereà, debitor quantitatis, ea perēpta liberatur: si eã oportuno loco, & tēpore creditori obtulerit, eamq; creditor accipere noluerit: si pereat, peribit creditoris periculo, nō debitoris.^t Imò si ciuitas, vel Respublica, certam frumenti quantitatem tibi debitam obtulerit, vtpote centum modios frumenti tibi obtulerit, nec volueris accipere, nisi carissima esset annona, omninò ciuitas liberabitur, v̄ etiam extan-

v In l. nulli. de erogatione militaris annonæ. lib. 12. C. Bald. in l. non dubium. colum. S. C. de legib. Idem in l. acceptam. C. de usur.

te quantitate. Verum enim uerò, si Titius tibi centum ducatos certo die promiserit, quo die pendente, constitutione Regia hoc genus auri exoleuerit, vsúsque in defuetudinem abierit: cautúmque sit pœnali edicto, ne quis impofterum hoc genere monetæ utatur: an Titius, qui centum ducatos promissit, liberatus sit. Reiecta quorundã veterum & neotericorum hac de re sententia, cõmunis Doctorum resolutio hæc est ex Bart.^a petita. scilicet, Titium liberatum non esse: quia etsi forma constitutione regia improbetur, materia tamen superest. ^a Sed hæc de quantitate: nunc de genere disputandum est. Debitor generis, etiam si omnia sua bona casu fortuito perierint, non tamen liberatur, ^a Glosator ita distinguit: uel est genus generalissimũ, uel subalternum. Debitor generis generalissimi, non liberatur: secus, si sit debitor generis subalterni. Iason ^b doctissimus iuris interpres, hæc uerba glosatoris ^c explicat. Genus, inquit, generalissimum est in iure, ueluti seruus, equus, bos, homo: genus uerò subalternum est, ueluti vnus ex seruis, vnus ex equis, bobus, uel hominibus. Dialectici ^d appellant indiuiduum incertum uel indistinctum. Nos uerò, in iure, speciem incertam uel indeterminatam dici posse contendimus. Non mirum igitur uideri debet, si vnum ex seruis meis tibi promisero, & omnes serui mortẽ cum uita commutarint, si ipse sim liberatus ex antecedente regula: ^e Debitor speciei, perempta specie liberatur. Hæc tamen tres patitur exceptiones. prima est, si debitor in mora sit: nam eo casu non liberatur

^a Bart. in d. l. incendium. C. si cert. pet. glos. in l. c. quidã. C. de cõdit. infert. doctores in l. libertis. §. i. ff. de aliment. & cib. legat. Ias. in l. quod te. ff. si cert. petat. Bart. in l. Paulus. ff. de solut.

^a Materia enim trahit ad se formam, in l. quæsum. §. illud. ff. de leg. 3. Bar. & Ias. in d. l. quod te.

^b I. incendium C. si certum petat. l. in ratione §. incert. ff. ad l. Falcid. l. ult. C. de cõdit. infert.

^c In d. l. quod te In l. ult. C. de cõdit. infert. & d. l. vnum & l. quod te.

^d Porphyrius in sua Isago. & Aristot. in Categor.

^e d. l. si ex legati cau. a.

f
Declus in l.
cōtracto qui
d. ff. de reg. iur.
d. l. quod re. d.
l. si ex legati
causa.

g
L. negotiū. C.
de negot. gest. l.
i. ff. de pos. l.
que fortuitis.
C. de pigno. a.
ctio. ubi glos.
Bart. in l. sed et
si. §. quasi. ff.
si quis cautio.
Alex. in l. Ti.
tius. ff. de liber.
& posth.

h
L. in rebus. ff.
cōmod. §. Item
is. Instit. quib.
mod. re. l. si in. ff.
de actio. & o.
blig. l. vi. §. si
ea. ff. ad l. rod.
de iactu. l. si a.
lius. §. etiam. ff.
quod vi. aut
clā. Bart. in l. si
ut certo. §. in
terdū. ff. cōmo.

i
Peripatetici in
libro Porph. de
quinque. voc.
cap. de genere.

a
Bart. in d. l.
quod te.

b
Accursi i. l.
itē verberatū.
§. ultimo. ff. de
rei vend. l. si cū
exceptione. §.
quod si. ff. quod
met. caus. las.
in d. l. quod te
et ibi Bartol.
C. in d. l. si ver
beratū in verb.
moram.

interitu speciei. *f* Secunda est, si debitor ex conven-
tione inita periculū casus fortuiti in se transtulerit.
& hęc cōmunis est, & receptior iuris interpretū opi-
nio. *g* Postrema est, Quando culpa debitoris preces-
sit casum fortuitū. *b* quod si tertius causam interitus
dederit, tum debitor liberatur. l. si merces. §. culpæ.
ff. locat. Quod si quis alternatiuè promiserit Stichū
uel Pamphilum, vno perempto, ad alterius traditio-
nem iure cōpelli potest. l. Stichū, aut Pamphilum. ff.
de solutio. Cæterum Peripatetici genus generalissi-
mū appellant, quod nullū genus superius admittit,
ut substātia: genus verò subalternū, quod habita ra-
tione superiorum species est, & respectu inferiorum
genus dicitur, vt corpus, animal, authore Porphy-
rio, & Peripateticis. *h*

*An debitor in mora constitutus teneatur de interitu
speciei, qua eodem modo penes creditorem
peritura erat. CAP. VI.*

INter iuris interpretes veteres, & neotericos, sum-
ma dissensione certatur, An debitor teneatur de
interitu speciei, post moram, quæ etiam penes cre-
ditorē erat peritura. Glossator & Bart. *a* distinguen-
dum putant, vtrū de actionibus in rem uel in perso-
nam disputetur: nam in actionibus in rē, si debitor
bona fide rē possideat, deinde efficiatur malæ fidei
possessor, in moramq; incurrat, si res apud eū pereat,
quæ penes creditorem peritura erat, omnino libera-
bitur. aliud est, si semper in mala fide extitisset. *b* At
in actionibus in personā, non liberatur debitor, etiā
si res peritura erat penes creditorē. *c* Ratio differen-

tia hæc est, authore Baldo,^d quia actionibus in personam petimus id quod nobis debetur, quod in obligationem deductum est: & ideo grauior est mora in actione in personam quam in actione in rem, cui nulla subest obligatio.^e Sed hæc distinctionis ratio mihi prorsus à veritate abhorrere uidetur: nam illud est extra controuersiam, maiorem vim & auctoritatem esse moram in actionibus in rem, quam in personam. Cum enim rei vindicatione agimus, fructus & usuras à tempore moram exigimus: At in actionibus in personam, solum à tempore litis contestatæ,^f deinde ius actionis in rem eo potētius est iure actionis in personam, quo ius dominij præstātius & firmitus est iure obligationis. At ius dominij est potentius iure obligationis: nam Principes ius obligationis penitus tollere possunt, sed non ius dominij.^g Nos verò existimamus, debitorem non solum in actionibus in rem,^h sed etiam in personam liberari,ⁱ si res penes creditorem erat peritura. At quidam contendunt, debitorem in mora constitutum omnimodo teneri, etiam si res erat peritura, sicque disputant: Furis & morosi eadem est ratio, nam æquiparantur: ^l atqui fures tenentur, etiam si res apud creditorem fuisset peritura: ergo debitor in mora constitutus omnino tenebitur, etiam si res erat penes creditorem peritura.^l Sic respondemus, Morosus quidem & fur æquiparantur non in omnibus, sed in quibusdā,^m quia vterque tenetur de interitu, vterque delictum committit, vterque lege punitur: sed mitius cum moroso agitur, quam cum fure. Cum igitur in delictis benignior interpretatio sequenda

^d In d.l. quod te.

^e In §. 1. Inst. de actio.

^f L. videamus §. si actionem, ff. de usur. l. 1. in d. l. quod te. glos. in d. l. contractus quidam. doct. in l. mora ff. de usur.

^g Glos. in c. qua in ecclesiarum de constitut. glos. in l. vlt. c. si contra ius vel utilit. pub. l. vlt. ff. de constit. princ.

^h L. ite si verberati §. vlt. ff. de rei vend.

ⁱ L. si plures §. vlt. ff. de pos.

^k L. inter stipulantē. §. penultimo. ff. de verb. oblig.

^l L. Subtrahit C. de furt. l. in re furtina. et l. vlt. ff. de coact. furt. l. merito ff. de vi & vi armat.

^m d. l. Subtrahit et d. l. in re furtina. & d. l. vlt.

ⁿ L. *semper in dubis. l. semper in obscuris. ff. de regul. iur. l. interpretatio me. & l. respiciendum. ff. de pœn. l. in quorū. ff. de pign.*

^o L. *merito. in fin. ff. de vi & vi armat.*

^p L. *si filiofamilias. §. si post ff. solut. mar. r.*

^q *Ulpia. in l. i. ff. solut. matrimo.*

^r *In l. si plures. §. siue autē. ff. de pos.*

^s *In d. l. quod te. ff. si cert. petat.*

^t *In d. l. si plures. §. siue autē.*

^u *Glos. in l. si tū quē habentē. C. fam. l. etc.*

^v *In d. l. quod te nimio.*

^w *L. i. §. si rē. ff. de pos. l. si venditor. ff. de h. a. red. vel actio. vendit.*

^x *L. Regula. §. si quis. ubi Bart. ff. de iur. ar. fac. §. no. glos. in clem. i. de elect. & i. c. porrecta de cōfirm. util. vel inutil.*

fit: interpretatione enim pœnē molliendæ sunt, non exasperandæ, vt ait Iurisconsultus: hac comparatione in pœnis utendū non est, cū fur peior sit moroso. ^o Secunda ratione sic disputāt, Si maritus post diuortium in reddēda dote morā fecerit, omnimodo detrimentū præstabit, rēsque dotaales cogetur restituere, quæ apud mulierem erāt peritura. ^p Id speciale esse fauore dotis dicimus, cuius causa semper & vbique præcipua est. interest enim reipub. dotes mulieribus conseruari, Vlpiano teste. ^q Quamobrē (vt huic disputationi coronidem imponamus) cum Caio ^r Iurisconsultorum sui temporis facile princeps existimamus, debitorē periculum interitus nō subire, si res apud creditorem erat peritura, modò in initio bonā fidem præferat. Nec Bartoli ^s opinio hac in parte sustineri potest, qui contendit Caium ^t solū loqui de deposito, idq; speciale esse. Quæ solutio à glosatore, ^u (miserorū refugiū dicitur, quādo adscriptionis nullā rationem tradūt, in quorū numerū adscribitur Bartolus ab Iafone, ^v quod nulla ratione nitatur. Deinde Iurisconsultus ^w docet, si depositarius rem dolo alienauerit, etiam si postea redimat, periculum interitus subire compelli, etiam si nō sit in mora. Igitur id non potest speciale esse in deposito. Postrema ratione sic disputamus: Regula Iuris est, ^x Quando lex particularis & specialis est, ratio autem generalis, lex generaliter est intelligenda: at responsum Caii iurisconsulti de deposito loquitur, eius verò ratio generalis: æquum est enim (inquit) naturalem interitum ad actorem pertinere, utique

cū interitura esset ea res, & sic restituta esset actori: hæc ratio indefinita æquipollet vniuersali ex vulgaris & tritis Iurisperitorum responsis.^b Igitur siue in actionibus in personam, siue in re, debitor in initio bonæ fidei possessor, non compellitur perempta specie aliam tradere, si eo modo penes creditorem erat peritura.^c

De furibus, latronibus, & raptoribus. CAP. VII.

Non solùm fures qui clàm rebus nostris insidiantur, sed etiam latrones, & raptores qui aperto Marte in possessiones nostras irruunt, in perpetua mora constituuntur.^a Quòd si res furtiua, uel vi, & armis sublata, apud violentos, uel fures percat, quæ etiã penes dominũ erat interitura, queritur utrũ liberentur. Vlpianus^b (qui à Romanis, ciuitatis oraculum dictus est) respondet, fures, latrones, & raptores nullo modo liberari, si res apud eos perẽpta sit, etiam si penes dominum eodẽ modo peritura erat, nisi rem furto, uel vi sublatam, domino obtulerint: huiusmodi enim oblatione vitium moræ exuitur, atque purgatur^c quo ad interitum speciei,^d non autẽ quo ad actionẽ furti tollendam, uel pœnam furibus indictam.^e Hæc enim moræ purgatio summa æquitate nititur. Porrò oblatio re, non verbis tantum, fieri debet, si moræ vitiũ exuere uelis,^f quod etiam iure Gallorum comprobatum est.

^f Doct. in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verborum obligatio.

An difficultas occurrens debitorem à mora excuset. CAP. VIII.

D iij

^b L. si pluribus l. si ita relicta ff. de leg. 3. l. si necessaria. §. si annus. ff. de pignor. actio. l. si quis ita. §. si quis. ff. de test. tutel. Bart. in d. l. si pluribus.

^c d. l. si plures §. ult. & l. illud. ff. de petit. hered. l. in rebus ff. commod. l. si in Asia. ff. de pign. actio.

^a L. in re furtiua. & l. ult. ff. de condict. furt. l. merito. ff. de vi & vi armat. doct. in d. l. scire debemus §. si à fure. ff. de verb. oblig.

^b In d. l. in re furtiua.

^c d. l. in re furtiua. & l. parui ff. de condict. furtiua l. ult. c. eod. l. interdum §. si tibi. ff. de verb. oblig. Aemilius Ferretus in l. scire debemus. §. si à fure ff. de verb. oblig.

^d d. l. parui & d. l. in re furtiua.

^e L. qui eamẽ te. ff. de furt.

SVprà docuimus, quoties stat per debitorē quo-
 minus species promissa solvatur, eundem tene-
 ri. ^a Sed nunc id in disputationem venit, ^b An si
 difficultate prematur debitor, ita vt statuto tempore
 promissum adimplere nō possit, excusationem me-
 reatur, moramq; deuitet. Iuris interpretes tanta sunt
 in varietate, ac dissentione, constituti, ^c vt eorum
 difficile sit & pergraue sententias in medium de-
 ducere, iuris studiosis satisfactum arbitramur, si cō-
 munem Doctorum sentētiā eorum oculis subie-
 cerimus. Debitor (aiūt) ^d generis vel quātitatis, pro-
 pter difficultatē rei à mora minimè excusatur. ^e Sic-
 que desputant, Si debitor generis uel quantitatis vi
 maiore, cui resistere non potuit, non excusetur, quī
 fieri poterit vt difficultas eum excuset? Deinde fi-
 lius familias nullius rei dominus est, ^f nisi peculiū
 castrense uel quasi castrense habeat: ^g verū si ali-
 quam pecuniā quātitatem promiserit, obligatur, ^h
 etiam si difficultate soluendi prematur. ⁱ Verū v-
 su forensi docemur, ab his, quæ hīc ab interpretibus
 circumferuntur, assentionem cohibere. Itaque eo-
 rum reiecta sententia, existimamus debitorem, qui
 in tanta difficultate versatur, veniam, & excusatio-
 nem mereri: nec obstat argumentum à maiori ad
 minus, quia fatemur debitorem quantitatis, nec ca-
 su fortuito, nec difficultate, ab interitu liberari: sed
 à mora debitorem excusari contendimus: multa
 enim à mora excusant, quæ ab obligationis vinculo
 nec excusant nec liberāt, vt scitè docuit Iason. ^{lz} Ete-
 nim quælibet iusta & legitima causa non soluendi,

^a d. l. quod te.

^b Vide Bart. Ludouicum et Alexand. in d. l. quod te & Imola in l. cōtinuus. S. illud ff. de verb. oblig.

^c L. ult. ff. de nautico sōno- re. l. quinta. S. ultimo. ff. de verb. oblig.

^d Doct. in d. l. quod te & d. l. vintio. & Flavianus in l. mo- ra. ff. de r. sur. Bald. in l. sancimus. C. de si- deicommiss.

^e L. incendiū. C. si cert. pet.

^f L. placet. ff. de acq. hered.

^g L. 4. ff. de ca- strens. pecul. l. xl. C. de collat. bonor.

^h L. cum filius- fam. ff. de verb. oblig.

ⁱ Arg. S. que di- cimus. Instit. quod cum eo qui in aliena.

^{lz} In d. l. quod te.

debitorem à mora excusat, vt docet Scæuola in Pandectis, ^l in quæstione proposita. Cuius hæc est species, Bertha fundum Tusculanum Caius vendidit, ab eoque partem precij, arrarum nomine, accepit: conuenitque, vt nisi pecuniam quæ supererat Calendis Augusti Caius persolueret, arras perderet, & fundus inëptus esset. Die statuto Caius emptor cõtestatus est, se pecuniam omnem reliquam paratum esse exoluere, & sacculum cum pecuniâ deposuit. Posteriore die Caius conuentus est nomine fisci, cautumque est, ne antè mulieri pecuniam exolueret, quàm fisco satisfaceret: quæsitum est, an emptor, qui difficultate occurrente impeditur, in legem venditionis commiserit. Scæuola consultus ^m respondit, non uideri in legem venditionis commisisse. vnde fundus Tusculanus non est inemptus, nec arras emptor amittit, ⁿ idque propter moram venditricis & rei difficultatem. Iason ^o existimat difficultatem à pœna conuentionali excusare, non à mora. Quæ opinio & autoritate & ratione caret: nam si à pœna excusat, igitur & à mora, quia pœna ex mora nascitur. nã vbi nulla est mora, ibi nulla pœna est. ^p Prætereà sic inquit Vlpianus, ^q Sciendum est, non omne quod differendi causa optima ratione fiat, moræ adnumerandum esse. Quid enim si amicos adhibendos debitor requirat? vel expediendi debiti, uel exceptio aliqua allegetur? mora facta non videtur. Ex verbis Vlpiani constat, debitorem à mora excusari, quando subest legitima causa: at difficultas legitima causa est: impossibilium enim (sub quibus difficilia cõ-

l. ult. ff. de l. cõmissor. l. scien dii. ff. de vsur.

^m *In. d. l. ult. ff. de lege commissoria.*

ⁿ *Quia vnicuique sua mora nocet. l. in condemnatione. S. vnicuique. ff. de reg. iur.*

^o *Ias. in d. l. quod re.*

^p *Decius in l. nulla intelligitur. ff. de reg. iur.*

^q *In l. sciendum ff. de vsur.*

^r L. qui potest
facere. ff. de re-
g. iur. ubi De-
cius l. Apud in-
licium. §. ult.
ff. de leg. 1. c. im-
possibitium. de
regul. in. 6.

^s L. placet. ff.
de acq. hered. l.
cum filius fami-
lias. ff. de verb.
oblig.

^t C. significā-
te ex. de pig. l.
ult. ff. de leg. cō-
miss.

^v In d. l. quod te.

^x In l. Thais. §.
1. ff. de fideicom-
miss. libert.
2. mol. in l. con-
tinuus. §. illud.
ff. de verb. obl.

^z L. praeses pro-
vincia. ff. de of-
f. praesid.

^a L. vinam. ff.
ficere. pecatur.

^b Ideo relucien-
da l. praeses pro-
vincia. ff. de of-
f. praesid.

^c In l. vlt. ff. de
leg. commissor.

^d L. sciendum
ff. de iur.

^e Contra Lu-
dovicum Ro-
manum in d. l.
vinum.

tinentur) ³ nulla est obligatio. Igitur debitor diffi-
cultate rei à mora excusatur. Fatemur tamen, debi-
toris obligationem ob id extinctam non esse: ideò-
que argumentū primum, quo cōmunis Doctorum
opinio nititur, extra calcem est. Postrema ratione sic
contēdunt, Filius familias, etiam si nihil in bonis ha-
beat, tamē si quid promiserit, obligatur. ⁴ quòd nō
inficiamur: neque enim dicimus difficultate obliga-
tionem tolli, sed tantū moram, eiusque pœnam
extingui. ⁵ Licet Bartolus contrarium senserit: ⁶ ni-
timur contra Bartolum autoritate Iurisconsulti, ⁷
qui disertis verbis docet, difficultate rei debitorem
à mora excusari. Quod etiam in suprema Parisiensi
curia fuisse obseruatum vsu forēsi deprehendimus.
nec Iasonis distinctio admittenda est, qui existima-
uit difficultatem excusare à mora in personam, non
autem à mora in rem: vbi enim lex nō distinguit, nec
nos distinguere debemus. ⁸ Ludouic⁹ Romanus ⁹
existimat, difficultate rerum promissarū debitorem
à mora liberari, quando mora per interpellationem
extra iudiciū factam cōmittitur: secus si sit iudicia-
lis interpellatio: verūm hæc distinctio nulla legis
autoritate fulcitur. ¹⁰ Itaque vt has doctorum sen-
tentias missas faciamus, cum Scauola ¹¹ & Vlpiano
Iurisconsultis clarissimis fixo pede tenemus, debito-
rem difficultate rerum promissarum à mora non so-
lūm in rem, sed & in personam, liberari: nec inter-
esse vtrum per interpellationem extrajudicialem,
uel iudicialem commissā sit. ¹²

An debitor qui negat se aliquid debere, mendacij conuictus, rei difficultate à mora liberetur. CAP. IX.

Nonnulli^a iuris interpretes docent, debitorem negantem se aliquid debere, conuictum, mendacij nō liberari à mora ob rei pmissæ difficultatē. Quod pluribus exemplis illustrat. Debitor (aiūt) qui negat chirographū propriis manibus conscriptū, & subsignatū, cōuictus beneficiū exceptionis pecuniæ non numeratæ allegare non potest.^b Deinde fideiussor qui inficiatus est se alienam obligationem in se suscepisse, ac pro alio fideiussisse, iudicis sententia conuictus, & condemnatus, beneficio discussionis, atque ordinis non fruetur.^c Item is qui negat se socium (cūm re vera sit) non solūm in id quod honestè facere potest cōdemnandus est (quod priuilegium sociis indultū est) sed & omnimodo.^d Idem de hærede dicendum est, qui rem legato comprehensam negat esse hæreditariam, & peierat, is non poterit postea Falcidiam legato detrahere.^e Vassallus qui à superiore domino interpellatus, negat se vassallum esse, iudicis autoritate & sententia conuictus, feudo priuatur.^f Ex his (inquiunt) apparet, debitorem negantem se obnoxium esse æri alieno, & cōuictum, difficultate rerum promissarum à mora liberari nō posse. Nos verò contrarias partes tuemur. Etenim cum Alexandro & Iasone^g defendimus, debitorem non ideo posse hoc beneficio iuris priuari, etiam si se debitorem negauerit. Nec exempla suprā adducta nostræ opinioni aduersantur: quibus apparet cōplures ob inficiationē, beneficio iuris cecidisse:^h

^a Bart. in d. l. quod te. Salyc. Ang. & Ludovic. in d. l. vinnū. l. vlti. C. de reuo. donatio.

^b Auth. contra qui propriā. C. de nō num. pec. et sibi Bald.

^c In l. si dubitetur. §. si ita demum. vbi Bart. ff. de fideiussor. aut. præ sent. C. eod.

^d L. sunt qui. ff. de re iud. l. si vnus. §. vlt. ff. pro soc.

^e L. hereditatem. §. i. ff. ad leg. Falcid.

^f c. i. §. vassallus si de feudo fuer. controu.

^g In d. l. vinnū. & Alex. cōsil. 103. et l. qd te.

^h d. Auth. cōtra qui propriā. et d. l. si dubitetur

*l. in d. l. qd
te num. 20. C.
Alexand. in d.
l. vinum.*

*§. cū igitur
verfic. nec lex.
in anth. de nō
eligēdo secūdo
nubētes. Bald.
in anth. ex te-
stamento. C. de
coll. Decius in
l. nemo ex his.
ff. de reg. iur.*

*Glos. in c. in
sūma. xv. q. 7.*

hæ enim pœnæ legum auctoritate indictæ sunt. At nulla lege hæc debitoribus pœna indicta est, vt si debitum negauerint, difficultate rei promissæ à mora non excusentur. Ex quo apparet, inficiationem debiti non obstare, quo minus debitor difficultate à mora excusetur, nec in pœnis locus est argumento à simili, nec in his fieri debet extensio. Imò benignior semper in pœnis interpretatio accipienda est. Huius nostræ opinionis authores sunt Alexāder, Iason, & Decius. Hi enim docent, antequam quis beneficio iuris priuetur, oportere priuationem aliqua lege contineri. ^l

An mora debitoris principalis noceat fideiussori.

CAPVT X.

*In l. in cō-
matione. §. vni
cuique. ff. de
reg. iur. c. mora
de regu. in ri.*

*l. in l. si ita
quis. §. seia ff.
de verb. oblig.*

*L. Sancimus.
C. de pœn. l. re-
scriptū. ff. de his
quib. res indig.*

*L. si quis in
suo. §. legis. C.
de inof. testam.
l. Crimen. l. si
pœnis. ff. de pœ.*

*In l. mora. ff.
de verb. oblig.*

Quoniam in cōtractibus sæpissimè fideiussores p̄ principali debitore intercedere solēt, quæri solet, si debitor, seu reus principalis, in morâ incurrat, vtrum fideiussori detrimētum allatura sit. Iurisconsultus ^a sic inquit, vnicuique sua mora nocet. Deinde mora dicitur delictū. ^b at delicta suos sequuntur authores, ^c nec aliis detrimento cedere debent. ^d Ex his nouus Iustinianeus iudicaret, moram rei principalis non nocere fideiussori. Contrariū tamen decidit Vlpianus. ^e Cuius verba sunt hæc, Mora rei fideiussori quoq; nocet. Exēpli gratia: Mæuius Calendis Augusti mihi Pāphilum promissit, & vt securior essem Semproniu fideiussorē mihi tradidit. Mæuius statuto tēpore Pamphilum promissum mihi nō tradidit, ideo in morâ incidit: paulò post Pāphilus moritur. Quæritur, vtrū interitus speciei re-

dundet in caput fideiussoris, sicut rei principalis. Vlpianus respondet, interitum Pamphili in necē vtriusque, scilicet rei principalis, & fideiussoris, redūda-
 re, nec immeritò: nam fideiussor in omnem causam intercessisse videtur, & mora principalis debitoris quodammodo præsumitur mora fideiussoris. Deinde mora (vt veteres iuris interpretes loquebātur) deriuatur à principali in accessorium: nonnunquā tamen mora principalis rei fideiussori non nocet, scilicet quando fideiussor, ante moram, creditori speciem promissam obtulit, quam creditor accipere noluit. Et ita per hanc oblationem in mora constitutus est. Itaq; si postea principalis debitor sit in mora, & post moram species intereat, hæc mora fideiussori non nocebit. Prætereà mora principalis debitoris non nocet fideiussori, quo ad augendam obligationem fideiussoris: nam propter moram principalis debitoris, fideiussor vltra speciem promissam, ad id quod interest, uel ad vsuras, non tenebitur, vt perdoctè exponit Bartolus in leg. vltima, in penulti. column. ff. de eo quod certo loco. Verùm, dicit aliquis, Si debitor principalis Stichum promiserit Calendis Augusti, & ante Calendas fideiussor Stichum occiderit, an liberetur principalis debitor, & solus fideiussor obligatus remaneat? Vlpianus in superiori respōso hanc questionē distinctione diluit. Si, inquit, summū ius & rigore sequamur, vterq; obligatus remanet: nā liberari principalis debitor nō pōt, quin quoq; liberetur fideiussor, qui tantū obligationi accedit. Deinde,

E ij

f
 L. si seruū. §. nūc videamus. ff. de verb. obi. l. quaro. ff. locat. & in l. si quis p. eo. ff. de fideiussor.

g
 d. l. si seruū. §. nūc videamus h

i
 Ias. in l. mora ff. de verbo. oblig.

i
 d. l. mora rei vbi. Barto. & Dynus. Alexā. in l. ij. §. si is. ff. quod quisque iurus.

lz
 Ias. in d. l. mora rei. ff. de verb. oblig.

l
 In l. mora rei. ff. de verb. obi. m.

L. cū principalis ff. de reg. iur. C. Accessorium. de reg. in vi. l. in omnib⁹ ff. de solut.

*Porphyrius.
cap. de acciden-
te in libro de
quinque voci-
bus d. l. cum
principalis.*

*Axioma dia-
lecticorum.*

*In d. l. mora
rei.*

*L. placuit. C.
de iudic.*

*L. electio. §
ult. ff. de noxa-
lib. actio.*

*d. l. si ex lega-
ti. ff. de verb. ob-
lig. & d. l.
quod te.*

*d. l. mora rei.
ff. de verb. obli-
gati. l. 1. §.*

*Doctores in
d. l. mora rei.*

*L. si seruū in
prin. §. sequi-
tur. ff. de verb.
oblig. l. eū qui.
§. ult. cum glo.
ff. eod.*

fideiussor est accidens: at accidentis hæc est natura, vt soluto subiecto dissoluatur quoque. Igitur si in hac specie proposita principalis debitor liberatus sit, erit quoque liberatus fideiussor: nam accidens sine subiecto subsistere non potest. Verum, inquit Vlpianus, si æquitatem spectemus, quæ in omnibus nostris actionibus arcem & principatum obtinere debet: eo casu debitor principalis liberatur, solus fideiussor obligatus remanet. & hoc iure vtimur. Etenim si fideiussor, qui Stichum promissum interemit, liberaretur ex sua culpa, contra communes iuris regulas commodum sentiret. Ideoque ex æquitate, ob eius dolum & culpam, tenetur actione utili ex stipulatione. Ex hoc notandum est, extincto principali, accidens, scilicet fideiussorem, in obligatione permanere, & ita accessorium sine principali consistere quandoque posse, contra iuris regulam: æquum est enim, debitorē liberari ab interitu speciei à fideiussore interemptæ, cum species sine sua culpa & mora perierit: sed si fideiussor incurrat in moram, quæstio est, an hæc mora fideiussoris debitori principali noceat. Hanc quæstionem resoluit Vlpianus, docetque, moram fideiussoris reo principali non nocere. Insuper notandum est, eum qui speciem promissam occidit, in mora constitui, sed improprie. Porro diximus, vnicuique moram suam nocere. Ex quo quidam mirantur, cur mora rei principalis noceat fideiussori. Nos verò dicimus, moram principalis debitoris esse moram fideiussoris. Ideoque hanc regulam Vlpiani responso minimè aduersari,

que vult, vnicuique moram suam nocere. &

An mora tutoris noceat pupillo. CAP XI.

HÆc fuit antiqua & vetus quæstio, An mora tu-
toris pupillo noceat. Plerique negabant hanc pu-
pillo nocere, his ducti rationibus. Prima est, Alteri
per alterum iniqua cōditio inferri non debet. ^a De-
inde, alterius odio nemo debet prægrauari. ^b Igitur
mora tutoris pupillo nocere non debet. Alij (quorū
verior est opinio) hanc pupillo nocere, hoc ducti ar-
gumento, iudicarunt. Secundū naturam est, Com-
moda cuiuscunque rei eum sequi, quem sequuntur
incommoda. ^c Cū igitur pupillus ex administra-
tione, si quid sit commodi & vtilitatis, percipiat: ^d
Consequens est, eum debere, si quid sit incommodi
& damni, sentire, & ita ex mora tutoris teneri. Pau-
lus Iurisconsultus huic cōtrouersia finem imponit,
eorūque opinioni subscribit, qui moram tutoris
pupillo nocere existimabant. Si, inquit Paulus, ex
stipulatu Stichum debeat pupillus, non videbitur
per eum mora fieri, vt eo mortuo teneatur, nisi tu-
tore auctore, aut solus tutor interpelletur. Ex his po-
stremis verbis superior quæstio deciditur. Apparet
enim ex his, morā tutoris (quæ dolus ^f est) pupillo,
quo ad interitum speciei promissæ, nocere, si modò
tutor nomine pupilli interpellatus fuerit, & sic tuto-
ris nomine. ^g Quod tum demum fieri solet, cū
nomen officij exprimitur, vel cū libellus meminit
rei pupillaris. ^h Tunc enim dolus tutoris nocet ipsi
pupillo, quod intelligendum est, ipso iure. Verūm
pupillus cōcedendo actionem, contra tutorem libe-

^a L. in condem-
natione. S. vni-
cuique ff. de re-
gul. iur. vbi Do-
ctores.

^b In l. vlt. C. de
acq. poss. l. si
vnu. S. ante
oia. ff. de pact.

^c L. si quis in
suo. S. legu. C.
de nos. test. l. cre-
men. ff. de par-
t. l. sacm. C. eo.

^d L. Secundum
naturam. ff. de
reg. iur. ca. qui
sentit. de reg.
in 6.

^e Toto tit. præ-
dict. C. de
tutel. C. de
Auth. tutor.

^f In l. sed si ex
stipulatu. ff. de
verb. oblig.

^g L. non potest
videri. ff. de re-
gul. iur.

^h Glos in l. mo-
ra. ff. de verb.
oblig. glos. in d.
l. sed si ex stipu-
latu. C. l. cum
post. S. i. ff. de
admini. tutor.

ⁱ L. 2. ff. quādo
ex falso tutor.
l. sciendū. S. tu-
tores. ff. qui sa-
tis. d. cogantur.
vbi Doct. l. 1. S.
nūciat ff. de no-
m. oper. nūciat.

Notat in l. vlt. C. de admiff. tutor.

ratur, nec aduersatur ratiocinationes à nobis superius adductæ, quæ volūt, Alteri per alterū iniquam conditionem inferri non posse: nam & si mora tutoris pupillo noceat tunc temporis, tamen si rem diligentius attendamus, pupillum nullū inde pati dispendium intelligemus: in reddendis enim rationibus tutor omne damnum pupillo illatum refarcire cogetur. ^{lz}

^{lz} In l. si tutor. ff. de Auth. tutor. seu curat.

An mora filij noceat patri. CAP. XII.

^{*} L. si seruū. §. An filius familias ff. de verb. oblig.

^b In d. §. an filius familias.

^c L. neque. §. l. ne contra. C. de filiis p. patre.

^d d. l. si seruū. §. an filius familias. ff. de verb. obl.

Quemadmodum mora principalis debitoris & fideiussoris obligationem perpetuā reddit, ita mora filii familias obligationē patris, vt scite docet Paulus, ^a his uerbis: An filius familias, qui iussu patris promiserit, occidendo seruū producat patris obligationem, videndum est. Pomponius producere putat, scilicet quasi accessionē intelligēs eum qui iubeat. Huius responsi hæc est hypothelisis: Iussu patris filius familias promisit Pamphilū Titio: post obligationem contractā filius familias Pamphilum interficit: Quæstio est, vtrū obligatio perpetua fiat cōtra patrem. Paulus respondet ex Pōponij ^b sententia, perpetuā fieri, quia pater in ea obligatione censetur esse quasi accessio, & uelut fideiussor. At accessoris obligatus perpetuam reddit obligationē, nec obstat imperatoris Gordiani constitutio, qua pater pro filio nō obligatur, nec filius pro patre, quia hæc constitutio loquitur de filio emancipato: ^c hīc autem de filio familias agimus, qui iussu parentis contraxit. ^d Sed quæret aliquis: Si filius familias sine mandato & iussu parentis quid promiserit, & in mo

ram inciderit, An parens teneatur. Resolutio est, teneri, quatenus peculium filii familias patitur, nō vltimā. Hoc extremū erit, patrē (qui quasi videtur obligationi filij accedere) beneficio authentica, præsente, sicut vti nō posse, vt scilicet filius prius conveniatur, q̄ pater. Ratio est qua Bartolus ducitur. Aliud est inquit, iubere: aliud fideiubere. Nā dicta Authentica, præsente, locum habet in fideiussore, non in mandatore, licet Iason contrarium defendat. ^b

^a l. si filiusfamil. C. ne filius pro patre. l. i. C. quod. cū eo. l. 3. §. vlt. & l. sequenti. ff. de pecul.

^f C. de fideiuss. ^g In l. cū filius in principi. ff. de verb. oblig.

^b d. l. si seruū. §. nunc videamus ff. de verb. oblig.

An vltima mora noceat. CAP. XIII.

Plerunque fit, vt non solum actor, sed & reus in mora constituatur: sed videndum est, quis in vltimā incurrerit: nā sola posterior mora nocet, vt sequēti exēplo apparebit. Titius vēdidit mihi libros Pādēctarū decē aureis, quos ei statim solui: paulo post eū interpello, vt hos mihi libros vēditos tradat: non vult tradere, ideo in moram incidit: post eā mihi venditos libros offert, hos accipere nolo: ego dicor esse in vltima & posteriore mora, quæ mihi soli detrimentum allatura est: nam prior venditoris mora, hac posteriore extinguitur. Infinita alia exēpla ^b passim in iure reperiuntur, quæ iuris studiosus facile perquirere poterit. Hęc autē posterior mora efficit, vt si debitor emptori in vltima mora constituto, actione in personam obligatus sit, non teneatur, si pecuniam promissam amiserit. Præter eā usu forensi receptum est, vt si actor & reus iudicio sistere debeant, statuto tempore, & so-

^a In l. illud sciendum. ff. de periculo & commodo rei vend.

^b In l. si rem. ff. de iure dot. l. si seruū. §. sequitur. vbi interpretēs. & §. interdū. & §. vltim. ff. de verb. oblig. l. si per emptorem. & ibi glos. ff. de actio empt. l. Prætor. §. per nult. vbi Ang. ff. de nou. oper. nūciat l. semel mora. ff. solut. matrim.

^c l. si opera ff. de doli mali. & met. excep. l. qui decem. in princ. ff. de solut. l. qui filium. §. l. Paque. ff. de man. umis. testament.

nomibros

d
In c. calūniā,
de panis & c.
cū dilecti de
dol. & cōsum.

In d l si ser-
uū. §. sequitur.

f
d. §. sequitur

g
Ias. in d. §.
sequitur.

h
In l. mora rei
ff. de verb. obli.
vbi doct.

i
Ias. in l si ser-
uū. §. sequitur.
nume. 6. ff. de
verb. oblig.

iz
L. fortissimi
& l. nulli. de
erogatione mi-
lita. anno. lib.
xij. Cod. Ias. in
d. §. sequitur.

lus actor appareat in iudicio, & ita reus ere modico contracto in mora constituatur, si postea solus iudicio sistat, actor dicetur esse in posteriore mora, quæ sola nocere solet. Hanc fori decisionem miris laudibus efferunt Innocentius, ^d Alexander, & Iason. ^f Quod autem diximus, vltimam moram nocere, plures exceptiones patitur. Prima est, Si nō vnus tantum ratio habeatur, ^z sed plurium & diuersorum, quo casu vltima mora non nocet. Exempli gratia: vltima mora principalis debitoris fideiussori non nocet, qui antè creditorem in mora cōstituerat, cū ei speciem promissam offerret. ^h Secunda exceptione, Reipublicæ vel principis fauor cōtinetur: nam si Respublica, vel princeps are alieno obstructus sit, veluti si militib⁹ & ducibus stipendia debeat, eaque opportuno loco & tempore offerat, si duces accipere nolint, & ita in primā moram incurrant, ⁱ hi si postea principem adeant: ab eoque stipendia debita petant, hæc interpellatio, & si videatur principem in vltima mora constituere, tamen ei nullo modo nocet. Sola prior mora, in quā milites & duces inciderūt, ita militib⁹ & ducibus nocet, vt omnino stipendiis priuētur, nec princeps aliquid eis tradere iure cogitur. Ex his apparet, nō vltimā morā nocere, sed primā. ^{iz} Et hoc in fauorē principis & reipubl. introductū est. Tertia exceptio est, si quando sibi conditione promissum sit, & stet per eū, in cuius psona cōditio impleri debet, quominus impleatur, habetur pro impleta: sic qui in morā incidit, & quanuis postea aduersarium interpellet, vt conditioni

conditioni pareat, non tenebitur aduersarius.² Satis enim est, solo temporis momēto conditionem pro impleta habitam fuisse, vt docet Iustinianus Imperator^m in suo edicto. Cuius verba sunt hæc: Si quis hæredem scripserit sub tali conditione, si ille consul fuerit factus uel prætor: uel ita filiam suã hæredem instituerit, si nupta fuerit: uiuo autem testatore, uel ille consul processerit, uel prætor fuerit factus, uel filia eius nupta fuerit, & adhuc uiuo testatore consulum quidem uel præturam deposuerit, uel filia à marito diuerterit: Sancimus quodocunque impleta fuerit conditio, siue uiuo eo, siue mortis tempore, siue post mortem, conditionem uideri esse completam. Sed quæri potest, si elapso die, quo species tradenda erat, creditor & debitor simul cōuenerint, & debitor dixerit se nolle speciẽ promissam tradere, & creditor responderit se etiam nolle accipere, quis sit in vltima mora. Angelusⁿ hanc quæstionem decidit, docetque creditorem in posteriore mora esse, quæ priorem extinguit: ° nam debitores & rei fauorabiliores potius, quàm actores, habentur.^p Unde si creditor & reus statuto tempore in libello citationis iudicio non sistant, & ita vterque in mora sit: mora creditoris peior erit quàm debitoris. & sic circumducetur^q edictum.

De effectibus mora. CAP. XIII.

Siquis totū ius ciuile animo & cogitatione percurrat, quinque moræ effectus comperiet. Etenim mora nonnunquam in interitu eorum, quæ nobis iure debentur, versatur.^a Et de hoc moræ ef-

Bald. in l. 1.
C. de instit. &
substitut. Ale-
x. and. in l. si ser-
uum. §. sequi-
tur ubi doct. ff.
de verb. oblig.

In l. si quis
hæredem. C. de
instit. & sub-
stitut.

Ang. in d. l.
si seruum. §. se-
quitur.

L. si per em-
ptorem, in prin-
cipio. ff. de act.
empt.

L. fauorabi-
liores. ff. de reg.
iur.

L. & post edi-
ctum. §. circum-
ducto ff. de iu-
dic. c. 1. de dolo
& contum. in
vi. Alex. in d.
§. sequitur.

L. si in Asia.
ff. de pos. l. quod
te. ff. si cert. pes.
l. si ex legati. ff.
de verb. oblig.

fectu vberius & latius supra, capite quinto, differui-
 mus. Item in fructibus non solum prædiorum, sed
 etiam pecudum, & ancillarum, consistit: ^b deinde
 in æstimatione rerum promissarum, vt vini, olei, fru-
 menti, effectus moræ consideratur, ^c propterea in
 usura, & eo quod interest. ^d Postremò, in pœnis pe-
 cuniariis, quæ iure vel iudicis sententia, uel rerum
 contractarum fide constitutæ sunt. ^e De his ordine
 disputatio instituenda est. Et quia de priore effectu
 moræ, qui in periculo & interitu rei promissæ ver-
 satur, quinto capite egimus, nolumus eandem (vt
 aiunt) cantilenam bis canere: ideòque huc iuris stu-
 diosos remittimus atque relegamus.

*De fructibus rerum promissarum & de-
 bitarum. CAP. XV.*

FRUCTUUM quidam naturales sunt, qui naturæ be-
 neficio, sine vlla aut minima hominis industria,
 producuntur, vt poma, arbores, fœnum, lana, lac,
 agni, & quilibet partus ^a pecudum. Alij industria-
 les vocantur, in quibus maximè hominis opera &
 industria requiritur, qua deficiente vis naturæ ex-
 tinguitur, vt vix & frumenta. ^b Hac fructuum di-
 uisione præmissa, antequàm ad rem accingamur, non
 possumus nostrorum iuris interpretum ^c aniles dis-
 putationes & nugas silentio prætermittere, de hisq;
 non conqueri. Hi enim (vt scitè ait Duarenus) vnus
 vocolæ arrepta occasione, euagantur à proposito, ni-
 hil pensi habentes, quid, quòue loco aut tempore, a-
 liquid dicatur aut scribatur: & hac rerum confusio-
 ne & chao, studiosorum iuris ingenia obruunt: nam

^b d.l. apud Iu-
 lianum. §. fruct.
 leg. qui solidum
 §. que. ff. de le-
 ga. 2. et Iulianus.
 §. si fructi-
 bus. ff. de actio
 empt.

^c L. vinum. ff.
 si cert. petat.

^d In l. ratio. §.
 si venditore. ff.
 de actio. empt.

^e L. Rescriptum
 §. si pacto. ff. de
 pact. l. celsus. ff.
 de arbit.

^a L. fructus. ff.
 de usur.

^b L. bona fidei
 ff. de acquir.
 rer. dominio.

^c In l. mora. ff.
 de usur. d. l. vi-
 num. §. d. l.
 quod te.

hîc de bonæ fidei possessore, legatis, testamētis, substitutionibus, donationibus, iure accrescēdi, eorūque definitionibus & natura, quàm latissimè disputant. ^d At in hoc morę effectū, de solo malę fidei possessore agendum est: quicumque enim in moram incidit, dicitur esse in mala fide. Sed vt eò quò cœpit nostra pergat oratio, sciendum est, fructus per se deberi, vel ex natura actionis, vel ex mora. ^e In hac materia moræ hæc regula constituenda est: in bonæ fidei actionibus uel his quæ naturā bonæ fidei actionum induunt, vt actionibus ex testamento, ex stipulatu, in exactione dotis, à die moræ fructus deberi. ^f Actiones bonæ fidei sunt, ^g ex empto, vēdito, locato, conducto, negotiorum gestorū, mandati, depositi pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia familiaræ herciscundæ, communi diuidundo, præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur, & ea quæ ex permutatione cōpetit, & hæreditatis petitio, ^h vt in suis actionibus Iustinianus Imperator ostendit: vocantur actiones bonæ fidei, quod iudex in his ex æquo & bono arbitratur, de quo inter partes non conuenit, ⁱ veluti si à Titio fundum mille aureis emerō, statimque aureos tradidero, isque fundum venditum tradere nolit, & ita rem & precium contra bonam fidem retineat. Si contra eum litem contestatus fuero, uel eum in ius vocauero, iudex hunc non solum damnabit ad sortis principalis restitutionem & fructuum, licet inter nos solum conuentum sit, eum fundum mihi traditurum, non fructus fundi, & hi debentur à tempore moræ. Exemplum

^d In d.l. si esse legatī causa.

^e L. videamus. ff. de usur. l. si nauis ff. de rei vend. ubi doctores.

^f L. Apud Iulianum. §. fructus ff. de leg. 1. l. si quis ff. ad l. qui solidum. §. que & l. si quis seruo. ff. de leg. 2.

^g In §. actionum instr. de actionib.

^h L. vlt. in fin. ff. de petit. hered.

ⁱ Doctores in §. actionum. instr. de actionib. Cicero in Officiis.

^k
In d.l. videamus, prima. ff. de usur.

^l
d.l. videam^o. i.

^m
L. fructus. ff. de rei vend.

ⁿ
L. videam^o. §. i. & §. si actionum. §. ex causa. & §. si possessione. & l. 2. ff. de usur.

^o
In d.l. videamus. 2. l. mora. §. in bonæ fidei & l. in fidei commissi. ff. de usur.

^p
L. in actionibus. ff. de in litem iur.

^q
L. videamus. ubi glos. ff. de in litem iurādo.

^r
Imbertus in fine instit. foris.

^s
Ioannes Ferrar. in §. actionum. inst. de actione.

^t
Doct. in l. si filiusfamilias. §. cum fundum ff. de verb. obl.

traditur à Caïo ^k libro xxij. Pandectarum, quo in loco docet, in omnibus rebus petitis, ex quibus fructus producuntur, in fructus quoque possessores esse condemnandos: quòd si ex his nulli fructus percipiuntur, sed commoditates tantum, vt itineris, viæ & actus, quæ sunt loco fructuum, in eas possessores condemnandi sint. ^l Fructus autem non modò percepti, sed & qui percipi honestè potuerunt, æstimationi sunt: & hæc est Pauli Iuriconsulti sententia ^m Hos fructus in actionibus bonæ fidei, à tēpore moræ deberi, explorati iuris est. ⁿ Vnde actionem in rem contra possessorem in mora constitutum, vt rei vindicationem intendero, à die moræ cogetur fructus restituere, non à litis ^o contestatione, vt Paulus respondit. Deinde in actionibus & iudiciis bonæ fidei, iuratur in litem, ^p si dolus interuenerit, vt in quæstione moræ, quæ dolus dicitur. Ideòque statuitur iuramento eius, cui iudex detulit iusiurandum in litem, vt æstimationem fructuum iureiurando faceret. Potest tamen iudex iusiurandum taxare, id est, vt vsque ad certam quantitatem ^q iuretur. Moribus Gallorum, iusiurandum iudex deferre solet, iuxta communem damni & eius quod interest æstimationem. ^r Sed hæc de bonæ fidei actionibus. Actiones stricti iuris angustiores sunt, ^s non quòd in his sit aliqua mala fides, (vt plerique pragmatici iuris ignari existimarunt) sed quia in his sequimur tantum id quod conuentum est, & expressè in obligationem deductum. ^t Vnde si contrahentes, vsurarum, & eius quod interest, non meminerint, nõ de-

bebuntur: ^a dicuntur autē stricti iuris, quia in his sequimur strictum ius, & solam contrahentium conventionem: nam (vt diximus) vsuræ non debentur, nisi promissæ sint: nec interesse, ^a nisi rē tradere quis obligetur. In his stricti iuris actionibus ex quorundam opinione fructus solū ^a debentur à tempore litis contestatæ. Dynus ^a verò existimat, si actione stricti iuris peto restitui quod meum est, fructus à die moræ debentur: sed si peto quod alienum est, veniunt fructus à tempore litis contestatæ. ^b Cuius sententia, Pauli iuriconsulti autoritate nititur: cuius verba ^c lubet in medium adducere: Si, inquit, actionem habeam ad id consequendum quod meum non fuit, veluti ex stipulatu, fructus non consequar, etiam si mora facta sit. Quod si acceptum est iudicium: tunc Sabinus & Cassius ex æquitate fructus quoque post acceptum iudicium præstandos putant, vt causa restituatur, quod puto rectè dici. ^d Sed Celsus videtur cum Paulo ex diametro pugnare: is enim libro quadragesimo secundo Pandectarum, ^e docet eum qui promittit se facturum, ne quid damni in mea sylua patiar, si non præstiterit quod mihi erat pollicitus, tenebitur ad id quod interest à tempore moræ. Idem dicendum est in omnibus obligationibus, vbi factum promittitur. Communis interpretum resolutio est, Paulum de fructibus loqui, & Caium de eo quod interest, quod in facto nõ in iure ^f consistit, ^f & in obligationē facti, post morā succedit obligatio ad id quod interest, in l. stipulationes, non diuiduntur. ff. de verb. oblig. in verbo Celsus.

^a Ferrar. Ias. c. 2. in d. §. actionum.

^a L. ubi autē. ff. de verb. oblig. l. si quis ab alio ff. de re iud.

^a Doct. in d. §. cum furadum.

^a In c. mora. de reg. in vi

^b d. l. videamus 2. §. in fawiana. ff. de vsur.

^c d. l. videamus §. si actionem.

^d L. si filius. §. ult. ff. de verb. oblig.

^e L. si quis ab alio. §. ult. ff. de re iud.

^f d. l. videamus §. si actionem & quatenus. ff. de reg. iur.

§ *L. ratio. §. 1. ff. de actio. em.*

h *d. l. ratio. §. 1. ubi glos. & Bart.*

i *L. in hac. & l. vit. ff. de cond. dict. triuic. et d. l. unum.*

k *L. vit. §. vt fructus. ff. qua. in fraud. cred.*

l *L. si filiusfamilias. §. cum fundum. ff. de verb. oblig.*

m *L. vit. C. si mancip. ita su. alienat.*

n *L. filius. §. vit. ubi glos. & Bart. ff. de collat. dot.*

o *L. si soror. C. de collat. ias. in d. §. cum fundū*

p *Ias. in l. si filiusfamilias. §. cum fundum. ff. de verb. oblig.*

q *L. stipulationes. i. verb. Cel sus. ff. de verb. oblig.*

Insuper Pomponius lib. decimo nono Pandectarū, § differentiam inter actiones bonæ fidei & stricti iuris constituit. Si, inquit, res vendatur, neque tradatur, venditor non solum rem, sed & fructus restituere cogitur. Sed si emptor stipulatus fuerit, rem sibi tradi, fructus actione ex stipulatu (quæ est stricti iuris) peti non poterunt cū re promissa à tēpore moræ. ^b At dicet aliquis: In contractibus stricti iuris, æstimationo quanti plurimi debetur, à tempore moræ: ⁱ At propter fructus prædium pluris æstimatur: ^k Igitur fructus veniunt à tempore moræ. Bartolus, Alexander, & Angel. ^l respondent, id fieri indirectè, scilicet cū petimus æstimationem quanti plurimi. Sed hæc solutio Paulo Castrensi non placet: nam ex Imperatore docet, non debere per indirectum concedi quod directo prohibetur. ^m Sed Bartoli opinio, quā omnes ferè iuris interpretes sequuntur, mihi videtur verissima: nec ratio superius adducta intelligenda est, in his quæ iure permittuntur. nec obstat Iuriconsulti respōsum, ⁿ quo apparet, in actione ex stipulatu ad conferendum, quæ est stricti iuris, deberi vsuras, vel id quod interest, à tempore moræ: nam ex Bartolo, hic casus specialis & admiratione dignus. ^o Fructus autem tribus modis petuntur: primo, si vt interesse petantur, manifesti iuris est, non vt fructus peti, sed simpliciter, quanti creditoris interest. ^p Secūdo, iudicis officio mercenario fructus exigi possunt, dicta l. videamus secunda. §. ex causa, & l. ex diuerso. §. i. ff. de rei vindicatione: at id quod interest, petitur iure actionis. ^q Tertio, si debentur

vt fructus, omnes & percepti, & quos bonus agricola percipere potuisset, peti possunt: secus, si debeantur vt interesse, quia tunc hi fructus tantum debentur, quos creditor percipere potuisset, qui minores ex qualitate personarum esse possunt, vt si creditor sit doctor vel canonicus, vt Bartolus, ^r Bald. ^s & Ias. testantur. Insuper notandum est, nos hinc de fructibus à solo separatis & perceptis agere, non de pendentibus, qui pars fundi dicuntur: ^t nam fundus, & fructus pendentes, vna & eadem res, non duæ, censentur. ^v Secus est, si fructus separati sint à solo, quia tunc pars fundi non sunt. ^x Hinc oritur difficillima quæstio petita ex secundo Pauli respõso, libro quadragesimo quinto Pandectarum. ^z Cùm fundum inquit, stipulatus sum, non veniunt fructus qui stipulationis tempore fuerunt. Ex his verbis sic disputo, Si fructus pendentes pars fundi essent: igitur cùm ego promitto tibi fundum Tusculanum, in quo fructus pendent, hi fructus tibi deberentur: at ex Pauli responso, fructus qui erant in fundo tempore stipulationis, non debentur. Igitur pars fundi esse non possunt, qui essent promissi. Bald. Angel. & Imol. ^a aiunt, fructus fuisse pendentes in fundo tempore contractæ stipulationis, sed postea à promissore separatos fuisse & perceptos, ita vt nulli superessent tempore vel petitionis vel litis cõtestatæ, & ita hanc antinomiam resoluunt. Sed hi, meo quidem iudicio, iuris studiosis non satisfaciunt: nam si fructus sint pars fundi promissi, comprehenduntur in stipulatione, quo iure promissor eos à fundo separare po-

^r Bart. & Ias.
in d. §. cū fundum.

^s in l. si traditio, in x. quaestione. C. actio empt.

^t L. fructus pendent. ff. de rei vend.

^v L. vlt. §. v. fructus. ff. de his que in fraud. cred.

^x L. fundi. ff. de actio. empt. l. i. §. cū prædictum in fin. ff. de pigno.

^z d. l. si filiusfamilias. §. cū fundum.

^a d. §. cū fundum. Bald. in l. fructus. C. de actio. empt.

b

L. in commo
dato. §. si. ut. ff.
commo. dat. l. si
ent. C. de act.
et oblig.

c

Bald. in l. fru-
ctus. c. de actio
empt. Bart. in l.
ubi. ff. de condi
ctio. Tronica.
Alexander in
d. §. cum fundu

Iason. in d. §.
cum fundum.

o

L. stipulatio
ista. §. in stipu-
lationibus. ff.
de verb. oblig.

f

L. fructus. ff. so-
lus. matr. l. fun-
dus. ff. famil.
hered. §.

terit, & ita eos ab obligatione & stipulatione exi-
mere: nam id leges vetant. ^b Quod cum Baldus o-
culis animi rem totam diligentius inspexisset iudi-
cavit, vix, aut ne vix quidem, hanc antinomiam iu-
ris dissolui posse, ^c nec solutioni superiori standum
esse. Iason ^d tamen sic resoluit: In obligationibus &
actionibus in personam, fructus pendentes non di-
cuntur pars fundi simpliciter, sed solum pro tem-
poris spacio, quo pendentes sunt, non autem post-
quam separati sunt, modò separatio fiat ante litis cõ-
testationem. Et imputandum est stipulatori, qui le-
gem apertius dicere potuit. ^e Nos verò existima-
mus, fructus fundi partem dici *καταχρηστικῶς* & abu-
sive, non proprie: nam nullo modo fundum con-
stituunt, sed quia coherent fundo pars fundi di-
cuntur, cum re vera accidentia sint: nam possunt
abesse & adesse præter subiecti interitum. vnde his
sublatis remanet res integra promissa, & ita nihil o-
bligationi detractum videtur. Petimus autem fru-
ctus, & in his impensæ necessariae deducendæ sunt. ^f
excipe l. si seruus seruum. §. si quis oliuam. ff. ad l. A-
quil. Si quis, inquit, oliuam immaturam decerpse-
rit, vel segetem desecuerit immaturam, vel vineas
crudas, Aquilia tenebitur. Quòd si iam maturas, ces-
sat Aquilia. Sed qui in collectione huiusmodi fru-
ctuum aliquid impendit, nõ repetet: videtur enim
donasse.

De æstimatione rei promissa. CAP. XV.

In rerum promissarum (quæ culpa nostra perierunt) æstimatione, & loci & temporis ratio habenda est: nam si cõtrahentes conuenerint, vt Calendis Augusti Lutetiæ decem amphoræ vini campani tradantur, si die & loco traditio nõ fiat, videntum erit quãti vinum campanum Lutetiæ Calendis Augusti æstimatum fuerit. Quòd si nihil hac de re inter contrahentes conuentum sit, & tempus & locum petitionis attẽdere debemus. ^a Huius rei testes sunt locupletissimi Paulus Castrensis, Fulgosius, & Neoterici. Quod autem diximus, locum habet in vino, & aliis rebus mutuo datis, quarum æstimatio, loco & tempore est metiẽda: quibus ex conuẽtione cõtrahentiũ, res mutuo data reddenda est. ^b Deinde rei in obligationem deductæ æstimatio, loco expẽdenda est, in quo fieri debet solutio, non autẽ in quo contractus celebratus est, quando de æstimatione agitur propter vitium moræ. ^c Pecuniæ autem æstimatio in omnibus locis eadẽ esse debet, vt Iuriscõsultorum autoritate comprobatum est. ^d Præterea cum domus constructa æstimanda est, habenda est ratio ualoris, temporis, quo restitui debet, non vt antea æstimata est, scilicet cũ domus ædificata est. ^e In omnibus rebus mobilibus, uel mouentibus, notanda est hæc regula: Si hæc promissæ nec extent in rerum natura, tũc æstimatio peti potest: at si res extent, petendæ sunt, non earum æstimatio, vt docet Ioannes Faber. ^f Denique in omnibus contractibus bonæ fidei & stricti iuris, rei perẽptæ æstimatio de-

^a d. l. vinum ff. sicert. petat. ubi Fulgosius, Paulus. Castr. & Neoter.

^b Ias in d. l. vinum. num. i.

^c Ias in d. l. vinum. num. II.

^d L. nõ utique. §. nunc. ff. de eo quod cert. loc. ubi Ias. num. 5.

^e L. domos. ff. de leg. i. num. 4. ubi Ias. & Doct.

^f Faber in §. sit itaque discretis. Instit. de actio. Chassan. in consuet. Burg.

d.l. vinum.

*Arg. l. in com-
modato. §. ult.
Et l. rem mihi.
ff. commod. l. si
fullo. ff. de con-
dicit. sine caus.*

*C. in alter-
natiou. de reg.
in vi. l. plerū-
que. ff. de iur.
dot.*

*Dy. in c. pro
possessore. de
reg. in vi.*

*C. in pari. de
reg. in vi. l. si
duo. ff. de dol.*

*Arg. l. qui re-
stituere. ff. de
rei vend. l. si
fundus. ff. de le-
ge cōmissor. Et
l. commissoria. C.
de pact. inter
empt. Et ved.
cōpo. l. homo li-
ber. ff. de statu
hominum.*

*L. in hac a-
ctione. ff. de cō-
dicit. Trinitar.*

*d.l. in hac
actione.*

betur à tempore moræ, etiam si sola extraiudiciali
interpellatione contracta sit.^s Sed id in quæstio-
nem venire potest: Debebam tibi equum, & quia
hunc perditum existimabam, persolui tibi æstima-
tionem: postea inuenitur equus apud te: vtrum tua
sit optio, retinere equum, uel equi æstimationem?
Quidam existimant, penes creditorem optionem
esse.^h Alij in alia uersantur opinione, contendunt-
que penes debitorem electionem esse, uel rem pe-
tere, uel rei æstimationem: quia electio ad debito-
rem pertinet, ut legibus apparet,ⁱ quorum opini-
onem aliqua ueritate niti, Dynus^{lz} existimat. Nos
verò tenemus, debitorem speciei, post æstimatio-
nem creditori traditam, si species reperitur, posse
eam speciem uendicare, & repetere etiam à credi-
tore. Sed eum ad æstimationem agere non posse iu-
dicamus, cum in ea iuris parte sit melior possesso-
ris causa.ⁱ At creditor speciem retinere non potest,
cui uidetur renunciase, cum eius æstimationem ac-
cepit.^m Alia quæstio est, in qua sibi non constant
Iurisconsulti, An si res petita sit, nec tradita, cuius
temporis æstimationem recipiat. Seruius ait,ⁿ tem-
pus condemnationis spectandum esse: si uerò res
desierit esse in rerum natura, mortis tempus. Hunc
Celsus^o reprehēdit, docētque, nouissimū uitæ tem-
pus spectandum non esse, ne ad exiguum precium
æstimatio reducatur. In seruo fortè mortiferè vul-
nerato: sed æstimationem quanti plurimi post mo-
ram promittentis deberi. Exempli gratia: Debebas
mihi Stichum Calendis Augusti: hoc die Stichum

non tradidisti: ideoque in mora constitutus es: post hanc moram Stichus orbus est utroque oculo, cuius temporis aestimatio sequenda est. Celsus respondet, aestimatione temporis, quo debitor moram contraxit, consideranda, quia aestimatio est quanti plurimi. Ex his Baldus colligit, aestimatione rei perempte, post eius interitum non augeri.^p Verum non desunt qui Iuriconsultum ignorantia insimulent, quod si dixerit, tempus condemnationis spectandum esse, si res extet in deducenda aestimatione.^q Equidem hi in sole caligant: nam si ego rem alienam tibi promisero, & si sit in rebus humanis, quia tamen hanc tradere non possum, est enim aliena, ad aestimatione duntaxat teneor. Nec vero sum nescius, Secundum communes iuris regulas, ad aestimationem esse recurrendum, quando id quod praestandum est, desiit esse in rerum natura.^r Deinde aestimatio fieri debet in nummis argenteis, non aere contaminatis. Si autem aestimatio inique facta sit, intra annum conqueri potest, ut docet Baldus.^s Notandum est, cum res aestimata dantur, emptionem & venditione facere, modo pactum adiectum non fuerit, ut res eadem nihilominus tradantur.^t Caterum iure Galliae in aestimatione vini, olei, frumenti, post moram non sequimur aestimationem quanti plurimi, sed mediocrem: unde hac in parte a iure civili in Gallia recessimus, ut scite Ludouicus Romanus^u docuit, & ita Senatusconsulto Parisiensis curiae iudicatum est, quarto die Decemb. anno domini, 1520.^v

^p d.l. in hac actione. Bart. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. solut. matr.

^q L. vlt. C. de fideicommissis. libertas.

^r L. Itē si verberatus. §. I. ff. de rei vtd. l. si seruum. §. effectus. ff. de verb. obl. l. si quis ab alio. in fin. ff. de reg. iud.

^s Glos. in l. ij. §. mutui. ff. si cert. petat. vbi doc.

^t Bald. consil. ccccxxvij. in tert. volum.

^u L. si aestimatis. ff. solut. ma. l. si inter. C. de iur. dot. Doct. in l. quod si studus. ff. de fund. dot.

^v Consil. ccccviij.

^w Papon. lib. xvij. tit. 4. §. natujs. 17. 18.

19.

De eo quod interest. CAPVT XVI.

Diglantur inter se iuris interpretes, maximè neoterici, an interesse sit vox Latina. Alciatus Iuriscōsultorum nostræ tempestatis facilè princeps, in eo libro quem de eo quod interest inscripsit, huius, vt insolentis, uoculæ ueniam petiit: existimauit enim interesse Latinè dici non posse. Antonius uerò Fumæus collega tuus, non minus iuris, quàm iustitiæ consultus, duabus prudentum autoritatibus, interesse, uocem Latinam esse, contra Alciatum defendit. Sed hîc iuris studiosos admonitos uelim, in antiquis Pandectarum libris, interesse, in duobus locis suprâ adductis pro nomine usurpari. At in nouis Codicibus, non interesse, sed uel interufuriû, uel damnum, uel id quod interest, legi. quod in uariis Codicibus obseruauimus. Sed quia tota hæc disputatio uerborum est, in ea diutius nō immorabimur, sed eam grammaticis relinquemus. Quærent prætereà nostri iuris interpretes, an æstimatio, & id quod iuterest, eadem sint. ^b Qui eadem esse uolunt, sic ratiocinâtur: Actione legis Aquiliæ, id quod interest petimus, id est, cōmunem rei æstimationem, ut Iuriconsultorum responsis manifestum est. ^c Deinde ad æstimationem, interesse refertur. Igitur eadem sunt. ^d Quæ conclusio quàm inepta & absurda sit, ex antecedente proposito apparet: ex quo ea diuersa esse necessariò inferêdum est. Item (aiunt) si quis pro legato sub conditione relicto cautionem peticit, nec data sit, id quod interest peti potest: quod æstimationē eius quod relictum est dici, Iuriconsul-

^a L. quod sep̄.
in fin. ff. de con-
trah. empt. &
uol. l. debitor.
decem. ff. de
leg. 2.

^b Dyn. in c. mo-
ra. de reg. in vi.

^c L. si seruû. ff.
ad leg. Aquil.

^d L. qui tabu-
las. ff. de furt.

ti responso comprobare Dynus nititur. * Nos verò hæc non sine maxima ratione sequuti, verborum proprietatem distinximus: nam æstimatio rei promissæ, est quid principale, quod in locum rei peremptæ succedit. At subrogatum naturam eius rei, in cuius locum subrogatum est, redolere debet. ^f Nemo autem est adeò iuris ignarus, qui rem promissam interesse dici posse putet: igitur nec æstimatio eius rei promissæ interesse dicitur. Etenim id quod interest propriè sumptum, non solùm extra rem, verùm etiã extra eius causam uersatur: non enim ab ipsa re causatur, sed extrinsecus propter moram vel culpam, siue committendo, siue omittendo, cõmissam proficiscitur, vt testis est doctissimus iuris interpretes Molinæus. ^g His adde vulgatã iuris regulã, Diuersitas nominum diuersitatem cõstituit effectuum. ^h Quorũ enim eadem non sunt nomina, hæc eadem esse non possunt. Testamenta & Codicilli diuersa sunt, quia, inquit Imperator, sub diuersis nominibus cõprehenduntur. Sed æstimatio & interesse diuersis nominib⁹ vocantur: igitur eadem esse non possunt, si uocum proprietatem spectemus. Verùm non inficiamur, id quod interest pro æstimatione nonnunquam in iure accipi, sed impropriè: in eãque latissima significatione, nedum rem principalẽ, sed etiã omnem causam accessionemque comprehendere: siue ex ipsa reeducta sit, siue extrinsecus emergat. Et hæc fuit doctorum veterum hac de re opinio. ⁱ Hæc tanquam præludia (vt ad eius quod interest disputationẽ facilius pateat aditus) in fauorem studiosæ legũ iuuen-

^e In d. c. mora.
l. pen. in 1. et 2.
responso. ff. qui-
bus ex caus. in
possess. etat.

^f L. si et. §. qui
iniuriarũ. ff. si
quis caution. l.
parabolã. C. de
episc. & cleric.
§. fuerat insti.
de act. gl. os. in
l. l. C. de mact.
& dolo. lib. 11.

^g Molinæus in
tractat. de eo
quod int.

^h L. si idem. C.
de Codicil.

ⁱ L. i. ff. de reb.
permut. l. si per
mutat. l. si tibi
li beram. l. cum
successores. in
fi. C. de euct.
l. i. in prin. l. ser
uus §. si sciens.
l. si sterilis. §.
quãuis ff. de
actio emp.

tutis præmissimus, nunc ad eius quod interest definitionem progrediamur. Plerique veterum interesse definirunt, æstimationem vel pecuniam numeratam, quæ succedit loco cuiusque rei, si non detur, vel facti, si non fiat. Alij, damni æstimationem definiunt, vt Dynus.^{lx} Denique si singulorum iuris interpretum singulas, eius quod interest, definitiones in hunc locum adducere vellemus, nos tempus deficeret. Nam (vt ait poëta) Tot capita, quot sensus, uarij quot in orbe colores.^l Itaque solã Accursij,^m uel potius Pauli Iurisconsultiⁿ definitionem, eius quod interest, subiungemus. Id quod interest (inquit) est damnum emergens, & lucrum cessans, ex eo quod aliquid fieri cessatur. Hæc definitio ex verbis & mente Iurisconsulti petita est. Hanc tamen non solùm veteres, sed etiam Neoterici (qui nihil, nisi quod ipsi fecerint, rectum putant) pluribus argumentis conuellere nituntur. Primo quidem ex Peripateticorum autoritate petito. Nulla est (inquiunt) hæc definitio, quæ duobus contraria simul complectitur.^p At definitio Accursij est huiusmodi, continet enim lucrum & damnum: igitur nulla. His responsum volumus, hæc duo quidem simpliciter sumpta, sub definitione contrariorum contineri, sed cum adiunctis, vt lucrum cessans, & damnum emergens, tantùm abesse, ut contraria sint, quin etiam eadem ferè intelligantur. Deinde sic vrgent: Cùm petimus id quod nostra interest, damnum nõ petimus, sed ut aliquid lucri nobis accedat: igitur interesse non est dam-

*Notat. in l. si
quis ab alio. ff.
de re iud. Boer.
in addit. ad
Bald. in l. sed
& loci ff. finis
reg. Dyn. in d.
c. mora.
i*

*L. quia poterat.
ff. ad sensu-
sus. Trebell.*

*d. l. unic. C.
de sentent.
que pro eo.*

*L. si commissã.
ff. de rat. hab.
idem l. si tutor.
ff. de auth. tut.*

*Neoterici in
d. l. unic.*

Arist. in Top.

num. Hoc argumentum sophismatis naturam redollet. Nam interesse duobus modis accipitur: primo, pro damno emergente & lucro cessante,¹ & eo casu, interesse est damnum, vt in definitione Accursij: vel interesse pro æstimatione eius quod interest accipitur, ut in libello, cùm ab aduersario, id quod interest exigimus, tunc æstimationem interesse, id est damni, petimus: & in hac significatione Accursius non accipit, id quod interest.² Alia argumenta ad eò inepta sunt & infirma, vt nec confutatione, nec solutione egeant. Triplex autem est interesse, singulare seu particulare, conuentum, & commune.³ Singulare esse, quod particularem cuiuslibet affectionem tãgit. huius meminit Iustiniani imperatoris constitutio.⁴ Interesse uerò conuentum est, quod conuentione contrahentium introductum est.⁵ Cõmune est, in quo nõ habetur ratio singularis uel particularis affectionis, sed cõmunis: quocõmuni interesse precia rerum sepissimè metimur.⁶ Primò de interesse singulari agendũ est. Iustinianus imperator de eo in cõstitutione sua satis obscure (vt Doctorum est iudicium) differit.⁷ Huius constitutionis hæc est species: si Titius mihi obligatus sit ex aliquo contractu, si is in dando uersetur, ueluti si centum aureorum mihi debitor sit, & statuto tempore mihi hos non dederit, tenetur ad id quod interest. Exempli gratia: Interesse seu premium rei conuentum, est centum: Commune premium, uel interesse, est centum & quinquaginta. Interesse meum singulare non excedet duplum communis

¹ *Doct. in d. l. unie. C. de sentent. qua pro eo quod.*

² *Accurs. in d. l. unie.*

³ *Glos. Bart. & Doct. in l. i. C. de sentent. que pro eo quod interest. glos. in l. i. ff. de actio. emp. Specu. in titulo de fructib. & interest. §. 4.*

⁴ *d. l. unie.*

⁵ *Doct. in d. l. unie.*

⁶ *In l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. l. si seruus. ff. ad l. Aquil.*

⁷ *In d. l. unie. ubi glos.*

interesse, & ita non excedet quantitatem trecentorū aureorum. Quòd si contractus factum contineat: exempli gratia, Latomus tenebatur intra certum & definitum tempus domum mihi construere: hic cōtractus dicitur incertus, in quo factum appositū incertum est. ^a Queritur, An totum interesse singulare, etiam si excedat duplum communis interesse, & omne damnum quod passus sum, latomus teneatur resarcire, & lucrum quod percepissem si domus mea intra tempus definitum constructa fuisset, mōdò hæc probem. Nec audiendus sum si probare velim, Si domus mea ædificata fuisset, Imperator, vel Rex Gallorum in ea diu mansisset, indēque maxima commoda & utilitates percepissem. ^b In his casibus incertis, quid agendum sit, docet Iustinianus his verbis: In aliis ^c autem casibus, qui incerti esse videntur, iudices qui causas dirimendas suscipiunt, per suā subtilitatem requirere debent, vt hoc, quod re vera inducitur, damnum hoc reddatur. Ex his constat, iudicem debere omnia æquitate metiri, neq; in infinitum, id quod interest producere, ratione singularis cuiusque affectionis. Sed, vt res omnibus innotescat, notandū est, casus certos esse, seu cōtractus, qui vel certā quantitā continent, vt decē vel viginti, vel speciem certā, vt Stichum, Pamphilum, Bucephalum. ^d Hi autē casus certi in vēditionibus, locationibus, conductionibus, & omnibus aliis contractibus esse possunt, & in his, id quod interest, dupli quantitatem minimè excedere debet. ^e Alij casus incerti dicuntur, in quibus res comprehensa in-

^a L. ubi autē.
§. id quod. ff.
de verb. oblig.

^b Glos. in d. l.
unic.

^c In d. l. unic.
in vers. in aliis

^d Doctores ve
ter. & recentior.
in d. l.
unic.

^e In d. l. unic.
c. de sentē. qua
pro eo.

certa

certa est: ^f stipulatio autē faciendi, vel non faciendi, incerta est, quia eius solutio varia est & incerta, quæ ex facultate & potestate eius qui promittit, pender: nam is potest aut interesse soluere, aut factum adimplere, ex Bart. & Angel. ^g Sed hæc Bart. ratio mihi nunquam placuit: nam cū stipulor certā pœnam si pecuniā mihi nō credideris, vel factū adimpleueris, ex ratione Bart. ^h hæc stipulatio diceretur incerta, quia solutio varia est & incerta: nam in potestate est promittentis, vel pœnā luere, uel factū adimplere. veruntamen hæc stipulatio certa est, vt iurisconsulti autoritate comprobamus. ⁱ Baldus ^k verò docet, omnia facta quo ad substantiam esse incerta: nā futurū fieri, uel non fieri, certū esse non potest. Item qui promittit vsumfructū fundi, incertū quid promittit: ^l vel qui partum ancillæ, uel fructus futuros pollicetur, incertum quid naturā promittere videtur. ^m Deniq; omnes hæ obligationes & stipulationes incertæ sunt, quæ nec in quantitate, nec in qualitate vel substantia, certum continent, vt subtilis Iason ⁿ pluribus argumētis probat. Cuius opinio legū autoritate & ratione defendi potest. ^o Nec verò eorum accedimus sententiæ, qui existimant casus certos esse solūm in cōtractibus nominatis, non innominatis: quæ opinio nullos certos legitur habuisse assertores, vt docet Molinæus in libro de eo quod interest, quæ uerbis Iustiniani confutari & refelli potest, cū ait, casus certos locū obtinere in uenditionibus, locationibus, & aliis omnibus cōtractibus: ^p at qui dicit omne, nihil excludit. Nec verò eorum

^f L. ubi autem
§. qui id quod
ff. de verb. oblig.
doct. in d. l. r.
nica.

^g In l. 4. §. Cato.
in. 4. column. l.
stipulationes
non diuidunt
verb. Celsus in
l. in stipulatio-
nibus. §. ult. ff.
de verb. oblig.

^h In d. l. 4. §.
Cato.

ⁱ L. si pœnam
in princ. ff. de
verb. oblig.

^k Bald. in d. §.
qui id quod. l.
r. C. de oper. li-
bert.

^l d. l. ubi autē.
§. fundi.

^m L. ubi autem.
§. qui illud.

ⁿ L. stipulatio-
num quædam
ff. de verb. oblig.

^o L. certum. ff. si
cert. petat. C.
l. ubi autem. ff.
de verb. oblig.

^p In d. l. ubi
ca.

⁷ Molinæus in libro de usur. et in annotat. ad Philipp. Decium, & l. certi. ff. de cert. pet. ar.

^r d. l. unie. in hac verba, certis habeant naturam.

^s In d. l. unie.

⁴ In d. l. unie.

² I. Iulianus. ff. de action. emp. l. nummis in fin. ff. de in lit. iuran.

²² Accursus et doct. in d. l. unie.

opinionem subscribimus, qui existimant requiri in contractibus merè certū, ¹ ut casus certus dicatur: alios omnes casus incertos esse. Ex ea opinione absurdum resultat: Quoties enim debetur equus vel bos in genere, vel prædium, certæ mensuræ casum incertum dicerent, cōtra mentē Iustiniani Imperatoris, ^r qui eas stipulationes certas esse ostendit, quibus res certa naturā cōtinetur. Bartolus ^r verò, huius superioris opinionis ab Iafone adductæ author esse videtur: docet enim in dicta l. vnica casus certos esse, qui ratione sui, uel adiuncti, certā quantitatem uel naturam habent: incertos verò, qui nec respectu sui, nec adiuncti, puta precij uel compēsationis, certam naturam uel quantitatem obtinent. Cæterum singulare interesse singularem affectionem & utilitatem continet, ut Socinus & Decius testantur, ^r debeturq; ob qualitatem personæ inhærentem, quæ alteri conuenire non potest: ut si agatur de codice manu propria conscripto, uel quia uicinus est fundus, aut maiorum: & hæc opinio Socini, Iacobi Renaldi, Odo-fredi, Alberti, Bartoli & Salyceti in d. l. unica. ^v hæc exempla esse singularis interesse contendimus, licet Molinæus contrarium tueatur in libro de eo quod interest, num. 33. De hoc singulari interesse latissimè & subtilissimè disputat idē Molinæus in lib. 5. adducto, ad quē iuris studiosos relego. Interesse autē conuentum non debet usuras legitimas excedere, ne in fraudem usurarum adiectū uideatur: Doctores in d. l. unica. ² Commune uerò interesse moribus Gallorum maximè consideratur in omni æstimatione dā-

ni uel lucri, ut pluribus senatuscōsultis supremæ curiæ Parisiensis decisum est: in hac autē materia eius quod interest, in praxi, sequentes regulæ notandæ sunt.

Prima.

Iudex potest victum in id quod interest condemnare, si id natura actionis patiatur: nam in rei vindicatione est fructuum restitutio, in interdicto possessorio id quod interest debetur, quod procedit quando in possessione rei meæ impediōr.

Secunda.

Si quis in id quod interest condemnatus iudicis sententia ad supremum tribunal prouocauerit, si iudicis inferioris iudicium senatusconsulto confirmatum sit: nō solūm victus tenetur ad id quod interest quod ex prima sententia resultat, sed etiam quod ex causa appellationis profluxit, vt senatusconsulto curiæ Parisiensis iudicatum est & pronunciatum anno Domini 1508. 22 Maij.

Tertia.

Si quis rem petat sibi restitui, nec de restitutione fructuum loquatur, si sententia iudicis res petita ad iudicata sit, actor non poterit amplius fructus rei in quæstionem & controuersiam deductæ à reo victo exigere, vt docet Innocētius. At nonnulli existimant contrarium tenendum esse in iudicio possessionis, quia natura sua restitutionem fructuum continet. Verūm Senatus Parisiensis non solūm in iudicio petitionis, sed & possessionis, iudicauit actorē à petitione fructuum esse repellēdum, si eorum restitutionē à principali causa nō petierit, vt senatus censuit, anno Domini millesimo quingentesimo decimo octauo, 10. Septemb.

Quarta.

H ij

*Molineus
Tyracquel. &
Duar. testatur.*

*Butrizarius
in c. grauis de
restit. spoliat. l.
adiles. §. Item
sciendum. ff. de
adilit. edict. &
l. usura. ff. de
usur.*

*Pap. lib. 18.
suorum sena-
tusconsultorū.*

*Glos. in l. ex di-
uerso §. ubi an
tē. ff. de rei vād.
Doct. in l. Pau-
lus r. ff. de re
iud. l. termina-
to C. de fruct.
& litium ex-
pens.*

*In. C. grauis
de restit. spol.
Guid pap. de
cis. ccccv.*

*L. in condē-
natione. §. cum
verbum de rez.
iur. ff.*

Boerij quest. 18.

Si quis damnatus sit, præbendam cum omnibus fructibus restituere, quæritur vtrum quotidianas (vt vocant) distributiones (quæ inseruiantibus ecclesiæ debentur) teneatur restituere. hæc quæstio à Senatu Parisiensi decisa est, victum non teneri huiusmodi distributiones soluere, cum personales sint, & his tantum debeantur qui diuinis officiis & sacris interfuerunt, nec ex beneficio propriè dependere videtur: & ita à senatu iudicatum fuisse docet Boërius ccc xl. quæstione.

Postrema.

Qui decreto & autoritate iudicis rem possedit, fructus restituere non cogitur: iuste enim possidet qui authore prætore possidet, ^b modò in eo decreto ex parte possessoris nullus dolus interueniat: & ita Senatum iudicasse constat, 13 Septemb. anno Domini 1543.

De vsuris, quarto effectu mora. CAP. XVIII.

VSura à Græcis τόκος dicitur, id est, partus, quòd pecunia sub vsuris data lucrū creditori pariat. Aristoteles ^a vsuram contra naturam esse existimauit: nam monstrum est, vt pecunia pecuniam generet. Hæc Iudæis lege diuina interdicta fuit, vt ex veteri testamento liquidò constat, vt Deuteronom. xvij. cap. ^b Cuius verba sunt hæc, Non sceneraberis fratri tuo. Hanc legem praua interpretatione corruerunt: nam ex ea collegerunt, sibi licere exteris nationibus & populis alterius religionis scenerari. Nò animaduertebant, hanc legislatoris Dei mentem non fuisse: nam Dominus Deuteronomi xxviii. cap. cōtrarium omnino statuit. Alienigena (inquit Deus) scenerabitur

^g Extrauagat.
Cum non nulla. vers. prætevea de præbend. c. licet. eod. tit. c. vlt. de rescriptis. in vi.

^b L. iustè. ff. de acquir. possess.

^a Arist. in Eth.
Polit.

^b Deuteronom.
Cap. xvij.

tibi, tu autem nulli. At dicit aliquis: Scriptum est Deuteron. cap. xxviii. Fœneraberis gentibus multis, & ipse à nullo fœn^o accipies. Ex hoc loco Celsus colligebat, legem Mosaicam sibi non constare, quòd eadem lege vsuræ permissæ & prohibitæ essent. Origenes doctissimus diuinæ legis interpres, lib. vij. contra Celsum, & homilia iiii. in Psalm. xxxvj. docet, fœnus quoddam diuinum esse, quod extêdere & multiplicare quis potest: veluti si quis diuinæ legis vel alterius sciētia peritus sit, eam debet omnes nationes & populos, si possit, edocere, legemq; supremi Dei omnibus patefacere. Sic intelligitur locus scripture, Vnum talētum tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Aliud esse humanum, cuius meminit Lex dicens, Fœnus autē à nullo accipies: hoc enim auari inexplebilem habendi cupiditatem explere conantur. Origenis verba sunt hæc: Licet mihi fœnerare pecuniam Domini, meam autem propriam pecuniam non licet, quia verbum Domini prohibet humanā pecuniam fœnerari. Notandum tamen est, nos ab hostibus, quibus iure inferuntur arma, vsuras exigere posse, vt docet diuus Ambrosius.^c Hic autē disputant iuris interpretes, an vsuræ omni iure prohibitæ sint. Qui conantur ostendere vsuras omni iure prohibitas esse, sic probant: Primùm iure diuino, vt ex veteri & nouo testamēto^d apparet, vsuræ interdictæ sunt: nam (vt ait Christus) Mutuum dantes, nihil inde sperantes. Deinde, iure pontificio vsuras, interdiktas fuisse, nemini dubium est.^e Superest probandum, iure ciuili interdiktas esse. Hi sic ar-

In e. ab illo
iiiij. q. iij.

^d Deutero. de-
cimo octavo, et
vigesimo octa-
uo. Exodi xxij
& Luc. vi.

^e Tot. tit. extra
de vsur.

f In l. cunctos
populos. C. de
summa trinit.
& fide.

g Luca vi. c.
putant. & c. v.
fura. & c. plerique
xiiij. q. iij.

h L. eos. C. de
usur. & toto
tit. Pandect.
& C. de usur.

i Psalmo xxxvii
& c. si feneraveris
xiiij. q. iij.

k Hieronymus
super Ezechielem.
lib. vi. &
d. c. putant.

guunt: Imperatores Valentinianus & Theodosius^f edictum promulgarunt, quo iubent omnes Christianos in ea religione versari, quam diuum Petrum Apostolum tradidisse Romanis constat. Igitur Imperatores prohibuerunt vsuras, quemadmodum & diuus Petrus prohibuit: nam vsuræ à Christiana religione quam maximè abhorrent. & ita iure civili vsuræ prohibitæ sunt. Nos verò contrarium defendimus: est enim expressa Imperatoris constitutio, quæ vsuras permittit^h in repub. Christiana. Quidam usuras duobus modis accipi uolunt: primo, pro utilitate & lucro, & ita omni iure usuræ prohibitæ sunt: at nonnunquam usuræ pro eo quod interest vsurpantur, & tunc permissæ sunt etiam in curia Romana. Exemplum hoc tradunt: Mercator habet centum aureos, ex his solet merces emere, & ex mercibus viuere: Si tu egeas pecunia, & hos centum ab eo petas, nonne rationi consentaneum est, ut pro damno, quod in eo mutuo patitur, aliquod interesse rependas? hinc emanauit apud nos hæc loquendi formula, *prester à interest*. Sed hæc opinio, & si prima fronte uideatur æquitatem quandam continere, infinita tamen damna in rempublicam Christianam inuexit, & complures Christianos in dispendium salutis æternæ adduxit. Nam explorati iuris est, quo quomodo usuras accipias, iure diuino interdictas esse: & si rem etiam minimam pro mutuo capias, scenus & usuram uideris committere: nam ut piè sentit diuus Augustinus,ⁱ quicquid sorti accedit usura est. Deinde diuus Hieronymus^k inquit: Putant qui-

dam vsuras tantum esse in pecunia, quod previdens diuina scriptura omnis rei aufert superabundantiam, vt plus non recipias quam dedisti. Vnde vsuram committis, si donum vel munus ob mutuam pecuniam acceperis. Idem Ambrosius de Tobia loquens sic inquit: Plerique refugientes precepta legis, cum derint pecunias negotiatoribus, non in pecunia vsuras exigunt, sed de mercibus eorum, tanquam vsurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant quid lex dicat: Neque, inquit, usuram escarum accipies, neque omnium rerum. Item, Esca vsura est, & vestis vsura est. hæc diuus Ambrosius. Errant igitur, qui iure humano & diuino permissas esse vsuras existimant, si pro interesse accipiantur. Nos uero iudicamus indistincte, vsuras iure diuino prohibitas esse, & iure civili permissas ob bonum publicum. Nec obstat constitutio Theodosij & Valent. qua uolunt omnes populos uiuere secundum leges à diuo Petro Romanis traditas: nam quoties generalis datur constitutio, & postea specialis in iure occurrit, hæc generali derogat. At constitutio Theodosij generalis est: alia constitutio specialis, qua permittuntur usura: ita hæc generali detrahit, nec sub generali comprehendi potest. Deinde in generali prohibitione non continentur ea, quæ quis non erat specialiter prohibiturus. Et hæc solutio nostra non est, sed Alciati, qui ita has leges (doctorum opinione ex diametro pugnantes) quæ tandiu eos tanquam furæ exagitarunt, legitima ratione conciliat. Usuræ autem quæ propter usum pecuniæ debentur, legibus & consti-

C. plerique
xiiij. q. 3

d. c. plerique.

d. l. cunctos.
C. de summa
Trinit.

d. l. cunctos
populos.

L. usure. ff.
de usur.

⁷ *L. usuras & eos. & l. ult. C. de r. sur.*

⁸ *Harum meminisse Paulus in l. lecta. ff. si cert. petat.*

⁹ *Alciat. in l. usura. ff. de verb. signif.*

¹⁰ *Pomponius in d. l. usura.*

¹¹ *L. creditor C. de r. sur.*

¹² *L. cum quidam. §. i. ff. de r. sur.*

¹³ *Doctores in l. 3. C. de r. sur.*

¹⁴ *L. mora. §. i. ff. de usur. l. curabit. C. de act. emp.*

¹⁵ *Doct. in l. in testamentis. ff. de reg. iur. & l. in minorum. c. in quib. caus. in integr.*

¹⁶ *§. actionum inst. de act.*

¹⁷ *L. lecta. ff. si cert. pet. & l. quantum. C. de r. sur.*

¹⁸ *L. i. C. de cond. iud.*

¹⁹ *L. in quibusdā. l. periculum. ff. de usat. favor.*

tutionibus Imperatorum definitæ sunt, ut mercatorum auaritiam, & inexplebilem habendi cupiditatem, reprimerent. ⁷ Permiserunt enim usuras centesimas, quæ centum mēsisibus adæquant sortē principālē: non, ut allucinatus est Accursius, qui existimauit usuras centesimas⁸ singulis annis sortē principalem adæquare, quæ uerum fœnus nauticum diceretur, quod sortem uno anno æquat, idq; solis nau-
tis permisum esse docet Tit. ff. de nautico fœnor. Usuræ autem definiuntur, sortis principalis accessiones, quæ propter mutuo datæ pecuniæ usum, uel etiam moram, exiguntur. ⁹ Has in fructu non esse docet Pomponius, quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa emergunt. Scilicet ex noua obligatione: nam cum odiosa sint, ex earū solutione nulla obligatio contrahitur, ¹⁰ uel lapsu temporis, ¹¹ sed requiritur stipulatio uel mora. ¹² Etenim in bonæ fidei iudiciis, debentur usuræ à tempore moræ: ¹³ nec solum in bonæ fidei iudiciis, sed etiam in legatis fideicommissis, ¹⁴ & aliis piis causis. Quæ quidem naturam contractuum bonæ fidei quodammodo induunt: ¹⁵ uerum in stricti iuris actionibus non debentur, nisi ex stipulatione ¹⁶ uel obligatione, etiam si lis contestata fuerit. ¹⁷ Nonnunquam tamen ex nudo pacto usuræ debentur, & exigi possunt, ut in pecunia traiecitia: nam cum in creditorem periculum omne transeat, si pecunia casu fortuito pereat, legis ratio dicitur, ut ex nuda conuentione usuras exigere possit, in quibus odium, uel causa odij extincta est. ¹⁸

De pœna, postremo effectu mora. CAP. XIX.

Suprà de quatuor moræ effectibus egimus: superest, vt de postremo, scilicet de pœna, disputatio instituat. Hæc duplex est: conuentionalis, & legitima. Prior quidem committitur, quando quis aliquid sub pœna decem vel viginti aureorum promissit statuto tempore: quòd si non adimpleuerit tempore definito, in pœnam cõuentionalem incurrit. ^a Hæc si legitimum modum vsurarum excedat temperada est, quod vsu forensi receptum esse tradit Molinæus: ^b nam hæc ratione culpæ moderanda est. Altera legitima est, seu legalis, quæ à lege indicta est, vt furibus manifestis pœna quadrupli: nõ manifestis, dupli. Est autem differentia inter pœnam & vsurá: nam pœna semel exigitur, usura singulis annis: nec pœna cum re principali petenda est, sicut usura. Pœna latissimè sumpta, & id quod interest, & vsura dici potest. ^c Porro qui in moram incurrit, nonnunquam & ad pœnam, & ad id quod interest tenetur. In hac materia sequentes Aphorismi notandi sunt.

Primus.

Pœna conuentionalis subrogata in locum pœnæ legitimæ, eiusdem naturæ censetur. ^d Secundus.

Pœna adiecta indiuiduis factis, & si vno hæredũ promissoris contra faciente, hæc pœna contra omnes committatur: tamen contra vnum hæredẽ non potes experiri, nisi pro portione hæreditaria: quod si ab vno totam pœnam exegeris, in expensas condemnaberis, verum in factis quæ diuidi possunt, solus qui in legem conuentionis commisit, tenetur. ^e

^a L. Celsus ff. de arbi. l. si pa. flo. C. de pact.

^b De eo quod interest.

^c L. qui sine. de negot. gest. vbi Doct. & d. l. lecta.

^d Iaf. in l. si. ita stipulatio. ff. de verb. obl.

^e Doct. & Iaf. in l. ead. §. Ca. to. ff. de verb. oblig.

Tertius.

f
L. si pœnam.
ff. de verb. obli.
& ibi las.

g
L. si mihi
ibi s. si quis.
ff. de leg. 1.

h
Ias. in l. non
dubium. num.
57. C. de leg.

i
C. suam de
pœnis.

Pœna adiecta his quæ in quantitate versantur,
vt mutuo rata est. Quartus.

Pœna est accessio, ideóque naturam principalis
rei sequitur: quòd si principale nullum sit, pœna pe
ti non poterit: s nam pœna promissa in cõtractu vel
compromisso intelligitur, si principalis actus subsi
stat. Postremus.

Pœna conuentionalis non debet id quod interest
excedere, quod in omnib⁹ obligationibus pœnali
bus obseruandũ est, quod senatusconsulto decisum
fuisse docet Papon, libri vigesimi senatusconsulto
rum, titul. 9.

Quomodo mora purganda est. CAP. XX.

a
L. si seruũ. s.
sequitur. ff. de
verb. oblig. Ias.
in l. si insulã.
ff. eodem.

b
Ang. in d. l. si
insulam.

c
L. 3. s. ult. ff.
indic. solui.

d
d. s. ult.

e
L. magnam.
C. de contrah.
& comit. stip.

f
Tot. tit. C. de
iur. emph.

Purgatio moræ summa æquitate nititur, ideóq;
ante litem contestatam admittitur ^a secus est, si
rigorem & summum ius sequamur. ^b Nõnunquam
etiam post litem cõtestatam moræ purgatio admit
titur, vt Vlpianus testatur: ^c nam mora cõmissa non
defendendo, purgari potest vsque ad sententiam, vt
ex Vlpiani responso ^d Bartolus colligit. Hoc tamen
notandum est, Quoties dies & pœnæ coniungun
tur, tunc purgationi moræ locus non est. ^e Idem di
cendum in emphiteuta, qui per triennium cessa
uit pensionem annuam soluere. Is enim cadit iure
emphiteutico, nec moram suam purgare potest. ^f Si
tamen dominus post triennium emphiteutam inter
pellauerit vt soluat, videtur pœnam à lege introdu
ctam remittere. Accidit enim nonnunquam, vt in
terpellatio noceat interpellanti, & debitori proffit,

præsertim in lege commissoria. & Moram autē purgamus, quando creditori rem promissam cōmodo loco & tēpore offerimus: nam ea rei oblatio morā, in quam lapsi eramus, extinguit, & creditorē in mora constituit.^b Quòd mora purgari possit, testis est Paulus Iurisconsultus.^c Verūm dicet aliquis: imò mora nō purgatur, vt Iurisconsultus author est in l. eum qui ita. §. vlt. ff. de verb. oblig. Communis doctorum opinio est in d. l. eum qui. §. vlt. Inter cōtrahentes fuisse conuentum, ne mora purgari posset. secus in dicta l. quoties.

De rei oblatione. CAPVT XXI.

Iurisconsulti duplicē rerū oblationem cōstituūt, vnā quę solūm verbis contrahitur, unde uerbalis dicitur, & hæc in rebus mobilibus, uel mouentibus, nihil aut parū operatur. Secus est in rebus soli, quæ cūm propriè nō tradantur, in his uerborū oblatio sufficit.^a Quòd si iudicialis sit, reum ab expensis & sumptibus litis, & eo quod interest, liberat.^b Altera re contrahitur, quæ à nostris realis dicitur. Hæc in depositione seu obsignatione uersatur. Quæ tantūm uirium & roboris obtinet, ut eius ui & autoritate, creditores in moræ uitium incurrant, usuræ impediuntur, debitorésque rerum promissarum periculo liberentur, pignora & hypothecæ soluantur & extinguantur,^c modò debitor oportuno loco & tempore rem debitam obtulerint.^d

^g L. pen. ff. de leg. commiss. l. Acmitus. ff. de minor. c. signa sicatibus. Extr. de lib. oblat.

^h Ias. in l. eum qui post tres. ff. si quis cauit.

ⁱ L. quoties. ff. de nouat.

^a L. statu liber. ff. de stat. liber. Doct. in d. athen. dos das. C. de donat. aut nups.

^b Doct. in l. si rem. §. vlti. ff. de pigno. actio.

^c L. obsignatio ne. C. de solut. l. qui decem. ff. eod. l. accepta. C. de usur.

^d L. qui Roma ff. de verb. oblig.

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS.

Vt tibi omnia dilucida & clara apparerent (amice lector) in tui gratiam operam dedimus, vt Indicem rerum, quæ hoc opere continentur, copiosissimum subiūgeremus: quò facilius, ac quasi in promptu omnia tibi constarent. Porro, ne turbaretur ordo, scito nos ī Indice singulas materias ab his nominibus auspicari, quæ præcipua sunt, ac peculiaria, vel quæ potissimum eminent, seu quorum causa quæ in clausula continentur sunt apposita: idque vt ordine alphabetico fieret, quo ad licuit obseruauimus. quàm accuratè hic index digestus sit, facilius operis integra lectione deprehendes.

A

- Accessorium sine principali quādoque potest subsistere.* c.10. p.28
Accidens soluto subiecto dissoluitur quoque. c.10. p.eadem
Actiones stricti iuris non sunt malæ fidei. c.15. p.35
Aequitas in omnibus semper spectanda. c.10. p.28
Argumentum à simili in pœnis nō subsistit c.6. p.20. & c.9. p.26
Auctoritas & vis maior inest more in actionibus in rem, quàm in actionibus in personam. c.6. p.19

C

- Commodum non debet quis ex sua culpa sentire.* c.10. p.28
Commodum eius rei quiuis sentire debet, cuius sustinet incommoda. c.11. p.29
Conditio iniqua alteri per alterum inferri non debet. c.18. p.55
Constitutio specialis in iure occurrens generali derogat. c.2. p.4
Contractus sunt duplices. c.2. p.4
Contractus in facto, non in iure consistunt. c.2. p.4
Contractus definitio. c.5. p.16
Conuentio dat legem contractui.

D

- Debitor generis aut quantitatis, omnibus suis bonis amissis non liberatur.* c.5. p.15
Debitor quantitatis respectu certæ speciei, specie perempta liberatur à quantitate. c.5. p.15
Debitor speciei ea perempta liberatur. c.5. p.15
Debitor si parat fugam, etiam pendente appellatione retineri potest. c.4. p.14.
Definitio in iure periculosa est. c.2. p.4

INDEX ALPHABETICVS.

Definitio duo contraria continens non subsistit. c.17.p.46
 Delicta suos ubique sequuntur authores. c.10.p.26
 Delicta benigniorem exigunt interpretationem. c.6.p.19. & c.9.p.26
 Dies appositus in obligatione pro homine interpellat. c.3.p.8.

& c.4.p.11
 Difficultas occurrens debitorem à mora excusat, ab obligatione tamē non liberat. c.8.p.22

Distributiones præbendarum personales ex beneficio propriè dependere non dicuntur. c.17.p.52

Diuersitas nominum diuersitatem constituit effectuum. c.17.p.45

Dotis causa ubique præcipua. c.6.p.20

E

Effectus moræ qui & quot sint. c.14.p.33

Emancipatus filius non tenetur ex contractu patris. c.12.p.30

F

Facta dubia sunt & incerta. c.2.p.4

Fideicommissa sunt stricti iuris. c.3.p.6

Fideiussor in omnem causam intercedere videtur. c.10.p.27

Fides mala in eo esse dicitur qui moram contraxit. c.15.p.35

Filius familias nullius rei dominus est. c.8.p.22

Fructus sunt duplices. c.15.p.35

Fructus quot modis petantur. eodem & p.38

Fructus pendentes pars fundi dicuntur. c.15.p.39

Fructus futuros qui petit, incertum quid natura petere videtur.

c.17.p.49.

Fructus petuntur aut iure actionis, aut officio iudicis. c.15.p.38

Fundus & fructus pendentes vna & eadem res censentur. eod. c.p.39

Fur & morosus in quibusdam equiparantur. c.6.p.19

Fur peior moroso. c.6.p.19

G

Genus est duplex apud Iurisconsultos. c.6.p.17

Genus in iure quo modo sumatur. c.5.p.15

I

Impossibile nulla est obligatio. c.4.p.13. & c.8.p.23

Interpellatio postulat vt rei, causæ, temporis, & loci ratio habeatur.

c.4.p.13

Interpellatio propriè dicitur iudicialis. c.4.p.9

I N D E X.

| | |
|--|--------------------------|
| <i>Interpellatio extra iudicium facta quandoque moram inducit.</i> | c. 4. p. 11 |
| <i>Interpellatio iudicialis.</i> | c. 3. p. 8 |
| <i>Interpellatio nocet interpellanti.</i> | eadem |
| <i>Interesse sitne vox Latina.</i> | c. 17. p. 44 |
| <i>Interesse in facto non in iure versatur.</i> | c. 2. p. 4. c. 15. p. 37 |
| <i>Interesse triplex est.</i> | c. 17. p. 47 |
| <i>Interesse duobus modis sumitur.</i> | c. 17. p. 47 |
| <i>Interesse definitur.</i> | c. 2. p. 4. c. 17. p. 46 |
| <i>Interesse conuentum non debet vsuras legitimas excedere.</i> | c. 17. pag. 51 |
| <i>Ius est homonymum.</i> | c. 2. p. 5 |
| <i>Iuris plura significata.</i> | c. 2. p. 5 |
| <i>Iuris definitio.</i> | eadem |

L

| | |
|---|-------------|
| <i>Legata sunt stricti iuris.</i> | c. 3. p. 6 |
| <i>Lex secundum rationem generaliter vel specialiter est interpretanda.</i> | |
| <i>c. 6. p. 20</i> | |
| <i>Lex si non distinguit neque nos distinguere debemus.</i> | c. 8. p. 24 |

M

| | |
|---|--------------|
| <i>Mendacium legibus punitur.</i> | c. 9. p. 25 |
| <i>Mora est homonymum.</i> | c. 1. p. 1 |
| <i>Mora plura significata</i> | eadem |
| <i>Mora in facto non in iure consistit.</i> | c. 2. p. 4 |
| <i>Mora definitio.</i> | c. 2. p. 5 |
| <i>Mora antiquata quorundam diuisio.</i> | c. 3. p. 6 |
| <i>Mora diuisio.</i> | c. 3. p. 6 |
| <i>Mora in rem irregularis, & extraordinaria dicitur.</i> | c. 3. p. 6 |
| <i>Mora sine interpellatione hominis vel diei contrahitur.</i> | c. 3. p. 6 |
| <i>Mora in rem in omnibus piis causis locum habet.</i> | eadem |
| <i>Mora in rem duobus modis contrahitur.</i> | c. 3. p. 8 |
| <i>Mora in personam regularis & ordinaria dicitur.</i> | c. 3. p. 8 |
| <i>Mora in personam duplex est.</i> | eod. & p. 9 |
| <i>Mora sua cuique nocet.</i> | c. 10. p. 26 |
| <i>Mora principalis debitoris aliquo modo praesumitur fideiussoris.</i> | |
| <i>c. 10. p. 26. & p. 27.</i> | |
| <i>Mora derivatur a principali in accessorium.</i> | c. 10. p. 27 |
| <i>Mora vltima non semper sola nocet.</i> | c. 13. p. 32 |
| <i>Mora purgatio.</i> | c. 20 |

I N D E X.

O

| | |
|--|-----------|
| Oblatio moram purgat. | c.5.p.16 |
| Oblatio rerum duplex. | c. vlt. |
| Odio alterius nemo debet pragruari. | c.11.p.29 |
| Omonymon duplex. | c.2.p.5 |
| Oratio indefinita equipollet vniuersali. | c.6.p.20 |

P

| | |
|--|-----------|
| Pater pro filio emancipato non tenetur. | c.12.p.30 |
| Pater obligationi filii familias quasi accedit. | c.12.p.30 |
| Pœna non est vbi non est mora. | c.8.p.23 |
| Pœna & Usuræ differunt. | c.19.p.57 |
| Pœna conuentionalis non debet id quod interest excedere. | c.19.p.57 |
| Possidet iuste qui autore pratore possidet. | c.17.p.52 |
| Praxis est anima legis. | c.1.p.3 |

R

| | |
|---|-----------|
| Rei fauorabiliores sunt ipsis actoribus. | c.13.p.33 |
| Responsum debet esse consentaneum interrogationi. | c.4.p.9 |

S

| | |
|---|-----------|
| Speciei peremptæ periculum ad quem spectet. | c.5.p.15 |
| Species in iure quo modo sumitur. | c.5.p.15 |
| Synonymon quid sit. | c.3.p.6 |
| Stipulationum natura. | c.17.p.48 |

T

| | |
|--|-----------|
| Testamenta à codicillis diuersa. | c.17.p.45 |
| Tutoris dolus aliquando nocet pupillo. | c.11.p.29 |

V

| | |
|--|-----------|
| Verba propriè accipi debent. | c.4.p.9 |
| Voluntates vltima sunt seruanda. | c.5.p.16 |
| Voluntas vltima lex est. | c.3.p.7 |
| Usurarum varia definitio. | c.18.p.56 |
| Usuræ duobus modis usurpantur. | c.18.p.54 |
| Usuræ an omni iure prohibeantur. | c.18.p.54 |
| Usuræ etiam iure diuino ab hostibus petuntur. | eod.p.53 |
| Usuræ in fructibus non sunt. | eod.p.56 |
| Usuræ est contra naturam. | c.18.p.53 |
| Usuræ diuina. | c.18.p.53 |
| Usuræ quoquo modo sumatur iure diuino prohibita est. | c.18.p.54 |

1667/3

I N D E X.

Vsura non sunt in fructu.
Vsura in actionibus bonæ fidei.
Vsura ex nudo pacto debita.

c.18. p. 56
p. eadem
p. eadem

Errata quæ minus cautum lectorem fallere possunt.

Pag. 30. lege, accessorie. pag. 38. pro (mercenario) lege, nobilit.
pag. 29. lege, ex. p. 32. lege, sub. p. 34. lege, praterea. 36. si actione.
40. pro : pone? 41. lege, non. 44. lege, petierit. 52. lege, videntur.